OBSERVATIONES HIPPOCRATEAE GRAMMATICAE.

DISSERTATIO INAVGVRALIS

QVAM AD SVMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES RITE CAPESSENDOS CONSENSV ET AVCTORITATE AMPLISSIMI PHILOSOPHORVM ORDINIS IN ALMA LITTERARVM VNIVERSITATE FRIDERICA GVILELMA BEROLINENSI

SCRIPSIT

ERICH SCHVLTE
BEROLINENSIS.

DIES PROMOTIONIS SOLLEMNIS: DIE XXIX M. APRIL. MCMXIV.

RETTVLERVNT AD PHILOSOPHORVM ORDINEM DE HAC DISSERTATIONE

H. DIELS DR. PROF. PVBL. ORD.
W. SCHVLZE DR. PROF. PVBL. ORD.

TYPIS ROBERTI NOSKE BORNENSIS
MCMXIV.

PARENTIBVS CARISSIMIS
PIETATIS ERGO.

Notarum explicatio.

aal = de aere aquis et locis[1]) = περὶ ἀέρων, ὑδάτων, τόπων.
aff = de affectionibus = περὶ παθῶν.
affint = de affectionibus interioribus = περὶ παθῶν τῶν ἐντός.
alm = de alimento = περὶ τροφῆς.
ant = de anatome = περὶ ἀνατομῆς.
aph = aphorismi = ἀφορισμοί.
artcl = de articulis = περὶ ἄρθρων.
arte = de arte = περὶ τέχνης.
Coprsg = Coa praesagia = Κωακαὶ προγνώσιες.
cpvln = de capitis vulneribus = περὶ τῶν ἐν κεφαλῇ τρωμάτων.
crd = de corde = περὶ καρδίης.
crn = de carnibus = περὶ σαρκῶν.
dAth = decretum Atheniensium = δόγμα.
dbjd = de diebus iudicatoriis = περὶ κρισίμων.
dcornt = de decenti ornatu = περὶ εὐσχημοσύνης.
di I = de diaeta I = περὶ διαίτης I.
di II = de diaeta II = περὶ διαίτης II.
di III = de diaeta III = περὶ διαίτης III.
di IV = de diaeta IV = περὶ διαίτης IV.
diact = de diaeta acutorum = περὶ διαίτης ὀξέων.
diactspr = de diaeta acutorum, spurium = περὶ διαίτης ὀξέων, νόθα.
disl = de diaeta salubri = περὶ διαίτης ὑγιεινῆς.
dnt = de dentatione = περὶ ὀδοντοφυΐης.
epst = epistolae = ἐπιστολαί.
exft = de exsectione foetus = περὶ ἐγκατατομῆς ἐμβρύου.
fistl = de fistulis = περὶ συρίγγων.
flt = de flatibus = περὶ φυσῶν.
frct = de fracturis = περὶ ἀγμῶν.
gld = de glandulis = περὶ ἀδένων.
gnt = de genitura = περὶ γονῆς.

---

[1]) De titulis librorum cf. H. Diels, Die Handschriften der antiken Ärzte, Abhdlg. d. Kgl. Akd. d. Wissenschaften, Berlin 1906, 1908.

haem = de haemorrhoïdibus = *περὶ αἱμοῤῥοΐδων.*

hmb = de humoribus = *περὶ χυμῶν.*

hmus = de humidorum usu = *περὶ ὑγρῶν χρήσιος.*

jdc = de iudicationibus = *περὶ κρισίων.*

jsjr = iusiurandum = *ὅρκος.*

linh = de locis in homine = *περὶ τόπων τῶν κατ᾽ ἄνθρωπον.*

lx = lex = *νόμος.*

m I = de morbis I = *περὶ νούσων* I.

m II = de morbis II = *περὶ νούσων* II.

m III = de morbis III = *περὶ νούσων* III.

m IV = de morbis IV = *περὶ νούσων* IV.

md = de medico = *περὶ ἰητροῦ.*

mdoff = de medici officina = *κατ᾽ ἰητρεῖον.*

mlaff I = de mulierum affectionibus I = *γυναικείων πρῶτον.*

mlaff II = de mulierum affectionibus II = *γυναικείων δεύτερον.*

mlnt = de muliebri natura = *περὶ φύσιος γυναικείης.*

mp I = de morbis popularibus I = *ἐπιδημιῶν* I.

mp II = de morbis popularibus II = *ἐπιδημιῶν* II.

mp III = de morbis popularibus III = *ἐπιδημιῶν* III.

mp IV = de morbis popularibus IV = *ἐπιδημιῶν* IV.

mp V = de morbis popularibus V = *ἐπιδημιῶν* V.

mp VI = de morbis popularibus VI = *ἐπιδημιῶν* VI.

mp VII = de morbis popularibus VII = *ἐπιδημιῶν* VII.

mscr = de morbo sacro = *περὶ ἱερῆς νούσου.*

nth = de natura hominis = *περὶ φύσιος ἀνθρώπου.*

ntpr = de natura pueri = *περὶ φύσιος παιδίου.*

octprt = de octomestri partu = *περὶ ὀκταμήνου.*

ort = oratio ad aram = *ἐπιβώμιος.*

ossnt = de ossium natura = *περὶ ὀστέων φύσιος.*

prcpt = praeceptiones = *παραγγελίαι.*

prgnt = prognosticum = *προγνωστικόν.*

prmd = de prisca medicina = *περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς.*

prsg I = praesagiorum I = *προῤῥητικῶν* I.

prsg II = praesagiorum II = *προῤῥητικῶν* II.

spf = de superfoetatione = *περὶ ἐπικυήσιος.*

sptm = de septimanis = *περὶ ἑβδομάδων.*

sptprt = de septimestri partu = *περὶ ἑπταμήνου.*

strl = de sterilibus = *περὶ ἀφόρων.*

Thlgort = Thessali legati oratio = *πρεσβυτικός.*

vctr = vectiarius = *μοχλικός.*

vgm = de virginum morbis = *περὶ παρθενίων.*

vis = de visu = *περὶ ὄψιος.*

vln = de vulneribus = *περὶ ἑλκῶν.*

L = Lt = E. Littré, Œuvres complètes d'Hippocrate. Paris 1839—1861.
Pq = E. Petrequin, Chirurgie d'Hippocrate I—II. Paris 1878.
K = H. Kuehlewein, Hippocratis opera. Lips. I 1894, II 1902.
Gz = Th. Gomperz, Die Apologie der Heilkunst. Leipzig 1910².
N = A. Nelson, Die hippokratische Schrift περὶ φυσῶν. Upsal. 1909.
V = O. Villaret, Hippocratis de natura hominis. Berol. 1911.
Sch = H. Schoene, Apollonius von Kitium. Leipzig 1896.

inf. abs. II. prs. = infinitivus pro imperativo alterius personae usurpatus qui non est coniunctus cum casu quodam subiecti vel praedicativi.
adjvb = adiectivum verbale.
vlg = vulgata.

Littréus praeclarus ille medicus, qui edito Hippocrate non solum de medicinae historia sed etiam de graecis litteris optime meruit, in argumentis, quae singulis scriptis praemisit, quam quisque scriptor et in cogitando et in medendo rationem secutus esset quaque aetate scripsisse videretur, efficere conatus est. Qui cum etiam indiciis ex lingua tractis non nihil momenti attribuisset,[1]) his quinquaginta annis philologi in hoc Corpore Hippocrateo grammaticas quoque observationes instituere coeperunt[2]) persuasum iure habentes alio modo argumenta firmiora haud facile afferri posse. Omnibus autem his viris vitio dandum est, quod in quaestionibus suis grammaticis fere tres vel paulo plures libros perscrutati sunt, non omnes Corporis totius, neque illorum medicorum usum dicendi cum scriptoribus eiusdem aetatis et generis comparaverunt. Omnino ego quidem particulas et coniunctiones, quas isti plerumque tractaverunt, minus idoneas esse puto ad quaerendam eorum qui libros medicos scripserunt rationem scribendi genuinam. Quamquam enim particulas et coniunctiones per se aptissimas esse concedo, quibus narrandi genus scriptorum accuratius definiri ac distingui possit, tamen scribae tot saeculorum his subtilibus rebus eam *ἀκρίβειαν* quam philologi hodie sequimur adhibere neque voluisse neque potuisse mihi videntur. Accedit, quod libri ipsi medici, quos ab Alexandrinis gramma-

---

[1]) E. Littré, Œuvres complètes d'Hippocrate I p. 292.

[2]) H. Kuehlewein, Observationes de usu particularum in libris qui vulgo Hippocratis nomine circumferuntur, Diss.-inaug. Gottg. 1870. — J. Kaute, Observationes grammaticae de modorum usu in Hippocratis scriptis genuinis, Diss.-inaug. Gryphw. 1876. — J. Ilberg, Studia pseudhippocratea, Diss.-inaug. Lips. 1883. — H. Uthoff, Quaestiones Hippocraticae, Diss.-inaug. Marbg. 1884. — Ed. Schneider, Quaestionum Hippocratearum specimen, Diss.-phil. Bonn. 1885. — Guil. Schonack, Curae Hippocraticae, Diss.-inaug. Albert. Regim. Berol. 1908.

ticis in Corpus Hippocrateum redactos esse verisimile est, nunquam excellenti illa arte grammatica, qua imprimis carmina poetarum Graecorum, culti sunt et usque ad hanc fere aetatem magis in usum medicorum quam ad litteras et scientiam Graecorum illustrandas traditi sunt. Ut alia omittam, quantum distent codices in eiusmodi coniunctionibus tradendis, hoc sit documento. Scribunt enim inde ab Alexandrinorum certe aetate permultis locis alii *ὁκόταν* alii *ὁπόταν* alii· *ὅταν*; similiter se habent *ὦν* — *οὖν* — *γοῦν* vel *σῖτος* — *σιτίον*, quibus in verbis corrigendis viri doctissimi adhuc permultum temporis frustra triverunt.

Itaque talibus quaestionibus exclusis in hac dissertatione cum de aliis rationibus dicendi tum de imperandi modis aliquid proferre in animo habeo. Sed priusquam ad rem ipsam aggrediamur, mihi liceat pauca commemorare, ne quis, cum legat quae sequuntur, mihi vitio det argumentationem meam. Namque ex documentis quae omnia collegi (nisi quae iniqua fortuna me fugerunt) nonnulla eligere satis habebo electaque afferre ad demonstrandum, cum omnia enumerare exempla longum sit pro tempore neque hoc modo plus ponderis iudicio meo attribuatur. Praeterea non omnia idem valent, cum aphorismi, ut exemplum afferam, excerpti sint ex compluribus scriptis, quamobrem haud facile est in eis invenire propriam dicendi rationem eius aut eorum, qui illos collegerunt. Neque aliter res se habet in vectiario et libro, qui inscribitur de ossium natura, et aliis, qui maximam partem ex ceteris libris compilati sunt.

His praemissis superest tantum, ut de textu recensendo nonnulla addam. Nam Littréus quamquam, cuius momenti codex *Θ* esset, compluribus locis intellexerat, tamen permultis aliis eius lectiones oppressit. Itaque praesertim cum codicem *M* adhibere omnino non posset,[1]) omnes novas editiones praeter Ermerinsii et Reinholdi inspexi neque, etiamsi plerumque exempla secundum Littréi editionem affero, ab eius forma firmiter pendere volo, sed priusquam novam omnium librorum editionem habeamus, Littréi paginas afferri aptissimam rationem esse citandi puto.[2])

---

[1]) cf. Littré X p. LXIII sqq.

[2]) Nescio quo pacto Fasbenderus (Entwicklungslehre, Geburtshilfe und

In dubiis igitur, ne speciosa pro veris amplectar, me semper fere auctoritate codicis illius Vindobonensis nixum iudicium meum fecisse consentaneum est velut

aff 4 (VI 212 L) . . . ἀναγαργαρίστοις χρῆσθαι (Θ; ἀναγαργαλύκτοισι E, H; ἀναγαργαρίζειν χρή, sine χρῆσθαι vlg, Lt).

aff 39 (VI 248 L) ἀπορέειν δὲ οὐ χρὴ οὐδὲ τοῖσι παρεοῦσι μὲν μὴ δύνασθαι, τὰ ἀπόντα δὲ ζητοῦντα (Θ; ζητεῦντα vlg, Lt) μηδὲν ὠφελέειν τὸν κάμνοντα οἷόν τε εἶναι χρή· (Θ; alter. χρή om. vlg, Lt).

di II 66 (VI 586 L) εἶτα ἐξεμεέτω καὶ ἀναστὰς ὀλίγον καθεύδειν μαλακῶς· (Θ ἐξαναστάντα E, H, K, P′, Q′, Lt; ἀναστάντα vlg).

di III 68 (VI 598 L) δεῖ οὖν καὶ τοῖσι διαιτήμασιν ἕπεσθαι (E, H, K; δι Θ; χρή vlg, Lt).

di III 70 (VI 608 L) τοῖσι μὲν περιπάτοισιν αὐτοῖσι (Θ, Lt; αὐτοῖσι om. vlg) χρησάσθω (Θ; χρέεσθαι vlg, Lt).

m II 43 (VII 60 L) σκόροδα δοῦναι ἐς μέλι βάπτων (Θ; διδόναι E, H, R′, Q′; δίδου Lt).

m II 55 (VII 88 L) καῦσαι τά τε στήθεα καὶ τὸ μετάφρενον (Θ, E, H, I, K; καῦσον vlg, Lt).

affint 1 (VII 168 L) ἢ κέγχρῳ χρῆσθαι (Θ, cf. X p. LXXVIII L; χρέεσθαι E, H, K; χρεέσθω vlg, Lt).

affint 1 (VII 168 L) καὶ περιπάτους ὀλίγους τὸ πρῶτον ποιείσθω (Θ; ποιέεσθαι vlg, Lt).

mlaff I 29 (VIII 74 L) ταύτῃ διδόναι φάρμακον (Θ, C; ταύτῃ χρὴ δ. vlg, Lt).

mlaff II 183 (VIII 364 L) ὅταν (Θ; ὁκόταν vlg, Lt) δὲ δάκνηται τὰς μήτρας γυνὴ (γυνή om. C) καὶ ἀλγέῃ καὶ . . . οἱ ὀφθαλμοὶ ἰκτερώδεες, ἐν τῇσιν μήτρῃσιν χολὴ ἔνι. (Θ, C; post ἰκτ. add. ἴσθι ὅτι vlg, Lt; χ. ε. τ. μ. vlg, Lt).

spf 36 (VIII 506 L) ῥόδινον, σμύρναν, κηρὸν μίξας (J; μίξαντα vlg, Lt) ἐν εἰρίῳ δίδου προστίθεσθαι (H; δοῦναι vlg, Lt).

Plura exempla afferre possum, sed haec hactenus. Iam ad rem ipsam proficiscendum.

Praecepta, quae permulta vel medico vel aegro homini dantur in Corpore, vario modo expressa legimus. Saepissime invenimus imperativum alterius et tertiae personae, quarum hac plerumque

---

Gynaekologie in den hippokratischen Schriften, Stuttgart 1897) locos Hippocrateos etiam nunc secundum editionem Kuehnianam affert atque saepe ne titulos quidem librorum commemorat. Quo facilius ille hunc morem afferendi adhibebat, eo difficilius et laboriosius philologi ex exemplis eius argumentisque fructum percipimus.

imperata aegroto homini, illa medico significantur, id quod ex praeceptis ipsis intellegitur velut

mlnt 93 (VII 410 L) *θεράπευε ... δὸς πιεῖν.*
diactspr 23 (I 158 K) ... *παραφροσύνην ἐσομένην προσδέχου.*
m III 15 (VII 138 L) *ἢν δὲ μή, ἔρου αὐτόν.*
m III 16 (VII 150 L) *καὶ ὕδωρ πίνειν χλιαρὸν νήστει δίδου.*
di III 76 (VI 620 L) *ἀνάριστος δὲ διατελεέτω τοῦτον τὸν χρόνον.*
mlnt 74 (VII 404 L) *ξυμμίσγουσα ἡ γυνὴ προστιθέσθω.*
m II 43 (VII 60 L) *ἐπὴν δὲ ἐμπλησθῇ, ἐμεσάτω.*
affint 17 (VII 208 L) *τοῖσι λουτροῖσι μὴ πυκινὰ λουέσθω.*
mlaff I 19 (VIII 58 L) ... *τρίψας, διεὶς ... ἀνασπογγίζων προστίθει, καὶ ἐχέτω ἡμέρας τρεῖς· ... ἀναζέσας ... πρόσθες, καὶ ἐχέτω ... ἐξελέσθω καὶ ... ξυνίτω.*

Tertiae autem personae imperativi quamvis pauci non desunt, qui ad medicum vel eius adiutorem vel aliquas res spectent (imprimis in libris frct et artcl, in quibus imperativus alterius personae omnino non invenitur) velut

frct 8 (II 59 K) *ὁ δὲ ἰητρὸς ὀρθὸς μὲν ἐὼν χειριζέτω ... ἔπειτα ἐπιδείτω ...*
artcl 71 (II 228 K) ... *ἐρείσας τὴν πυγμὴν ἐς τὸ ἔξω ὠθείτω· ... συγκατατεινέτω, ἅμα δὲ ἐς τὸ ἔξω συναναγκαζέτω· ἄλλος δέ τις ... ἐς τὸ ἔσω μέρος κατορθούτω.*
mdoff 5 (II 33 K) *ἄλλος δὲ ἢν διδῷ, ἕτοιμος ὀλίγῳ πρότερον ἔστω, ποιείτω δέ, ὅταν κελεύῃς.*
m III 16 (VII 154 L) *πολλοὶ δὲ ἅμα ἀλειφόντων.*
frct 31 (II 95 K) *ἔστω δὲ σθεναρὰ τὰ σιδήρια ὡς οἷόν τε, ὡς μὴ κάμπτηται.*
artcl 3 (II 115 K) *ἡ δὲ σφαῖρα ὡς ἐσωτάτω ... κείσθω.*
affint 22 (VII 222 L) *ἄναλτοι ἔστωσαν οἱ ἰχθύες.*

Praeterea legimus adiectivum verbale, *χρή*, *δεῖ*, *ἀνάγκη*, futurum.[1]) Sed totum Corpus perscrutanti saepius quam exspectes infinitivus pro imperativo usurpatus occurrit, quem usum nunc

---

[1]) haem 2 (VI 436 L) *ποιέειν δὲ καὶ διαφανέα τὰ σιδήρια καὶ καίειν, ἕως ἂν ἀποξηράνῃς καὶ ὅκως μὴ ἀπολείψῃς· καίειν δὲ καὶ μηδεμίαν ἐᾶσαι ἄκαυστον τῶν αἱμορροΐδων, ἀλλὰ πάσας ἀποκαύσεις.* cf. vctr 2 (II 248, 1 K). Aliter res se habet neque cum hoc usu futuri confundendi sunt hi loci: mlnt 32 (VII 358 L) *γλυκυσίδης καρπὸν καὶ κέδριον ὀλίγον συμμίσγων ἐν οἴνῳ δίδου πίνειν, καὶ παύσεις ὑστερέων ὀδύνας* (*καὶ ... πίνειν* om. *Θ*; *παύσῃς* D). mlnt 65 (VII 400 L) *ἢν ἐν τοῖσιν αἰδοίοισι δυσοδμίη* (C, J, K, Lt; *δυσοσμίη* vlg, *δυστομίη Θ*) *ᾖ καὶ κίων* (vlg, *κακίων Θ*; *ᾖ* sine *καὶ* C, Lt) *ἐγγένηται καὶ ὀδύνη ἔχῃ* (*ἴσχῃ* C), *τῆς μὲν ὀδύνης* (*Θ*, C; *τὴν μὲν ὀδύνην* vlg, Lt) *παύσει σελίνου καρπὸς ἐν οἴνῳ διδόμενος νήστει* (*παύσῃς σελίνου καρπὸν δοὺς πιεῖν νῆστι* C).

nos accuratius considerabimus, idque eo consilio, ut infinitivos, qui spectant ad medicum id est alteram personam, ut supra demonstravimus, ab infinitivis seiungamus, qui spectant ad aegrum hominem vel aliquam rem id est tertiam personam. Ad quem autem pertineant singuli infinitivi, concludi non potest nisi eis quas imperata continent rebus — simili ratione atque in imperativis — aut interdum exemplis, in quibus imperativus et infinitivus inter se coniuncti sunt velut

spf 29 (VIII 498 L) *καὶ ὅτε οὕτως ἔχει, τὴν ἴησιν ποιέεσθαι προσφέρων ἣν δέχεται θεραπηίην, ἀρχόμενος ἐξ ἰσχυρῶν* ...
m II 24 (VII 38 L) *ξύσας μέχρι τῆς διπλοΐδος ἰῆσθαι ὥσπερ τὴν πρόσθεν.*
strl 221 (VIII 428 L) *ἐπὴν δὲ κλύσῃς, ἀναστήσας περιιέναι κελεύειν, ὅκως* ...
strl 230 (VIII 442 L) ... *ἑψήσας μέλι, ξυμμίξας τε* ... *καὶ ποιήσας βαλάνιον, τὸν αὐτὸν τρόπον διδόναι προστίθεσθαι.*
prsg II 4 (IX 20 L) ... *ἀλλὰ προλέγειν, ἢν* ..., ... *οὕτω παύσεσθαι* (Lt, J; *παύεσθαι* vlg) *τῶν ἀλγεόντων* (usitatius foret *ἀλγημάτων* Ops. in not.).
affint 32 (VII 250 L) *ἀπέχεσθαι δὲ λαγνείης* ... *καὶ τοῦτον καὶ τοὺς πρόσθεν.*
m II 27 (VII 44 L) *ῥοφήμασι διαχρῆσθαι* ...
strl 247 (VIII 460 L) *καὶ τὴν κλίνην ὑψηλοτέρην πρὸς ποδῶν κεῖσθαι.*
diactsp 27 (I 160 K) *εἰ δὲ μή, ἐᾶν ἀφαρμάκευτον εἶναι· ἢν δὲ* ..., ... *ὑποκάθαιρε μετρίως· ἐν δὲ τῇ ἄλλῃ θεραπείῃ ὡς ἐλάχιστα προσφέρειν ποτὰ καὶ ῥοφήματα.*
mlaff II 121 (VIII 264 L) *σιτίοισι δὲ χρήσθω* ... *καὶ τῶν θαλασσίων εἴργεσθαι* ... *τοῖσι δ' ἄλλοισι κρέασι χρῆσθαι ἑφθοῖσι καὶ ἄρτον σιτείσθω* (Θ; *σιτ. ἄρ.* vlg, Lt).

Ab hac autem quaestione excludo eos tantum locos, quibus haud facile est diiudicare, utrum infinitivus imperativus usurpetur an infinitivus pendeat ex verbo necessitatis quod paulo longius antecedit, velut

diact 29 (I 123 K) *ἐγκοιμηθῆναι γὰρ χρή, ὥσπερ νύκτα ἄγοντα μετὰ τὸ δεῖπνον* ...· *ἢν δὲ καθεύδειν μὴ δύνηται, βραδεῖαν, συχνὴν ὁδὸν περιπλανηθέντα, μὴ στασίμως, δειπνῆσαι μηδὲν* ...· *ἔτι δὲ ἔλασσον πιεῖν καὶ μὴ ὑδαρές.*
disl 4 (VI 76 L = nth 19, p. 46 V) *τοὺς παχέας χρή* ... *ποιέεσθαι* ... ...· *καὶ πίονα ἔστω·* ... *καὶ μονοσιτέειν καὶ ἀλουτέειν καὶ σκληροκοιτέειν καὶ γυμνὸν περιπατεῖν* ...
disl 6 (VI 80 L = nth 21, p. 48 V) *τὰ παιδία χρὴ τὰ νήπια βρέχειν* ... *καὶ πίνειν διδόναι* ... *τοῦτον δὲ διδόναι, ὃς* ... *ταῦτα δὲ ποιέειν* ... *τὰς γυναῖκας χρὴ διαιτᾶσθαι* ...

Neque minus incerti sunt infinitivi, qui imperativum vel adiectivum verbale sequuntur. Nam verbum *χρή* fortasse ex

eiusmodi imperato ratione quadam compendiaria supplendum est velut

diactspr 31 (I 163 K) μεσηγὺ δὲ τῆς καθάρσιος μηδὲν δίδου· μετὰ κάθαρσιν δὲ ὀξύμελι· φαρμακεύειν δὲ τεταρταῖον.

diact 13 (I 115 K) μετὰ δὲ τῷ μὲν ῥοφήματι τὸ πρωὶ χρηστέον, ὀψὲ δὲ ἐς σιτία μεταβάλλειν.

Praeterea alia exempla singulari classi tribuenda sunt, ubi substantivum quod antecedit infinitivo explicatur (infinitivus explicativus) velut

artcl 29 (II 145 K) ἐμβολὴ δὲ κατατείναντα ἐς ἰθὺ τὸ μὲν ἐξέχον ἀπωθεῖν, τὸ δὲ ἐναντίον ἀντωθεῖν. (= vctr 19 [II 255 K]).

vctr 30 (II 262 K) ἐπίδεσις δὲ ἡ ἄρθρων σύνδεσις· ἐπιδε⟨ῖν⟩ πάντα, μᾶλλον τοῖσι φλάσμασι, καὶ ὀθονίοισι . . . χρῆσθαι, πίεξις ἧσσον.

Sed redeundum est in viam. Iam anno 1876 Kaute, deinde Uthoff et nuper Schonack (in scriptis, quae supra commemoravi) de ratione imperandi, quam in suis quisque libris Hippocrateis invenerat, breviter disseruerunt, sed ne intellexerunt quidem, qua in re positae essent difficultates. Ab altera parte vel proximis annis Kluge,[1]) dum de hoc modo dicendi longius disputat, per totum opusculum Corpus Hippocrateum nullo verbo attingit, quamquam nusquam omnium litterarum plura exempla inveniuntur. Quodsi ille libros medicos inspexisset, aliter iudicaturum eum fuisse verisimile est. Quomodo autem infinitivum pro imperativo alterius personae usurpatum esse putet, eum ipsum audiamus. ʻInfinitivi vis est ea, ut imperatum a condicione ita pendere indicet, ut imperatum fieri nequeat, priusquam condicio data sit (l. c. p. 12) . . . non minus saepe condicio subaudienda est. Plerumque autem futurum antecedit aut momentum temporis futuri adverbio temporali significatur (p. 13) . . . Denique tertium genus restat ex eadem ratione ortum. Namque infinitivus ponitur, si id quod imperatur ita cogitatum est, ut in omne vel multum tempus valeat, in imperatis ut ita dicam iterativis . . . Itaque si quaerimus, qua ratione infinitivus pro imperativo usurpetur, apparet infinitivum poni, si facultas exsequendi imperium non a sola voluntate iubentis vel iussi pendet' (p. 14).

---

[1]) Henr. Kluge, Syntaxis Graecae quaestiones selectae, Diss.-inaug. Berol. 1911.

Atque haec quidem ille. Nobis autem quaerentibus, quatenus hanc sententiam in Corpore valentem videamus, illas tres rationes imperandi seiunctas in Corpore quidem non inveniri dicendum est. Praecepta valent omnia in omne tempus, imperata sunt omnia 'imperata iterativa' atque condicio omnibus locis eadem est: ὅταν οὕτως ἔχῃ vel si homo in hunc morbum inciderit, quam condicionem saepe scriptam saepe animo supplendam esse videmus velut

diact 53 (I 172 K) ὁκόσοι κοιλίας τὰς κάτω θερμὰς ἔχουσι καὶ . . ., ἢν μὲν δυνατοὶ ἔωσιν, ἀντισπάσαι ἐλλεβόρῳ.

m II 12 (VII 20 L) ἢν δέ οἱ ἡ γαστὴρ μὴ ὑποχωρέῃ, λινόζωστιν ἑψήσας ἐν ὕδατι, τρίβων . . . συμμίσγειν . . . καὶ . . . παραμίσγειν.

m II 47 (VII 66 L) ὅταν οὕτως ἔχῃ, πιπίσκειν νῆστιν τὸ σὺν τῷ ἐλελισφάκῳ.

m II 69 (VII 104 L) τοῦτον ἢν ὀδύνη ἔχῃ, λούειν πολλῷ θερμῷ καὶ χλιάσματα προστιθέναι.

aph I 22 (IV 468 L) πέπονα φαρμακεύειν καὶ κινέειν, μὴ ὠμὰ μηδὲ ἐν ἀρχῇσιν, ἢν μὴ ὀργᾷ.

aph I 23 (IV 470 L) τὰ χωρέοντα μὴ τῷ πλήθει τεκμαίρεσθαι, ἀλλ' ὡς ἂν χωρέῃ οἷα δεῖ καὶ φέρῃ εὐφόρως.

mlaff I 36 (VIII 84 L) τιμωρέειν δὲ ὡς μὴ ἐκ τούτου διάρροια ἐπιγενομένη . . . πονήσει μιν.

Sed his rebus concessis — nam omnes tres casus in unum conferendi sunt — ne id quidem concedere possum infinitivum pro imperativo usurpatum in Corpore omnino differre ab imperativo. Quis est qui demonstret inter se differre haec?

diactspr 24 (I 159 K) ἀλλ' ὅμως τὸν τοιόνδε παραφυλάσσειν τῇ λιμοκτονίῃ καὶ ὑδατοποσίῃ καὶ μελικρήτου πόσει· καὶ χυλοῖσι παραφύλασσε μηδὲν πιστεύων . . .

diactsp 27 (I 160 K) εἰ δὲ μή, ἐᾶν ἀφαρμάκευτον εἶναι· ἢν δὲ διαβορβορύζῃ καὶ τὰ ὑποχωρήματα χολώδεα ᾖ, σκαμμωνίῃ ὑποκάθαιρε μετρίως·

haem 3 (VI 433 L) ἐκβαλὼν τὴν ἕδρην ὡς μάλιστα αἰονᾶν ὕδατι θερμῷ, ἔπειτα ἀποτάμνειν . . .· οὐρήσας ἐς χαλκεῖον ἐπίπασσον [l. ἐπίπασον Diels] ἐπὶ τὸ οὖρον χαλκοῦ ἄνθος ὀπτοῦ . . . ἔπειτα . . . ξηρανον ἐν τῷ ἡλίῳ·

fst 9 (VI 456 L) ἢν δὲ ὁ ἀρχὸς ἐκπίπτῃ, . . . δήσας ἐκκρέμασον ὀλίγον χρόνον, καὶ εἴσεισιν. ἢν δὲ μεῖζον ἐκπέσῃ . . ., . . . ὤσας ἔσω τὸν ἀρχὸν προσθεῖναι σπόγγον μαλθακόν.

m II 71 (VII 108 L) . . . ἐλλέβορον δὸς πιέειν καὶ τὴν κεφαλὴν καθῆραι κἄπειτα κάτω πῖσαι.

affint 23 (VII 226 L) τῶν ὤμων λαβόμενος σεῖσον· εἶτ' ἀκροᾶσθαι.

mlnt 33 (VII 368 L) . . . ἴσον ἑκάστου μίξας χλιερῷ κλύζειν. ἐλελίσφακον καὶ ὑπερικὸν ἐν ὕδατι ἑψήσας, τῷ ὕδατι κλύζε.

mlnt 97 (VII 414 L) *σικύον σπέρμα καὶ ὄστρακον κατακαύσας . . . ἐν εἰρίῳ προστιθέναι. στυπτηρίην Αἰγυπτίην εἰρίῳ καθελίξας προστίθει.*

mlaff I 20 (VIII 58 L) *πρόσθεμα δὲ ποιῆσαι· ῥητίνην καὶ ἄνθος χαλκοῦ ἐν μέλιτι διείς, ὀθόνιον ἀρδαλώσας, πρόσθες ῥάμμα ἐκδήσας . . .* [*μέλιτι εἰς* (*ἐς Θ*, C) *ὀθόνιον* vlg, *μέλιτι διεὶς ὀθόν.* Foes in not., Lind, Lt; cf. mlnt 67 (VII 402 L)].

mlaff I 31 (VIII 74 L) *οἶνον . . . διδόναι ποτὸν . . . ἢν κύουσαν χολὴ λυπῇ* (*Θ*, *λυπέει* H, *λυπέῃ* vlg, Lt), *πτισάνην* (*Θ*, *πτισάνης χυλὸν* vlg, Lt) *δίδου . . .*

mlaff II 147 (VIII 324 L) *ἐλαίῳ χρίων λίπα τὰς χεῖρας ἐντιθέναι καὶ δίδου καταπότιον σμύρνης ἀκρήτου* (*προστιθέναι Θ*).

Praeterea sententia condicionali antecedente non solum infinitivus, sed etiam imperativus legitur velut

diactsp 23 (I 158 K) *ἢν γὰρ τρομεραὶ ἔωσιν, προσδέχου τῷ τοιῷδε ἀπόσταξιν αἵματος ἐκ ῥινῶν ἐσομένην.*

m III 15 (VII 138 L) *ἢν δὲ μή, πρόσεχε πρὸς τὰς εἴκοσι δυοῖν δεούσας καὶ τὰς εἴκοσι καὶ μίαν τὸν νόον.*

affint 49 (VII 290 L) *τοῦτον ὁκόταν οὕτως ἔχῃ, καθαίρειν τὴν κοιλίην.*

mlaff I 45 (VIII 104 L) *ἢν δὲ θρομβωθῇ καὶ πόνος ἐν νειαίρῃ τῇ γαστρὶ γένηται, διδόναι πράσα ἑφθά.*

Adde quod Kluge ipse confitetur (p. 15) in Iliade restare certa exempla, ubi infinitivus a vero imperativo nulla re differre videatur. Cuius generis duo exempla affero

E 124 *θαρσῶν νῦν, Διόμηδες, ἐπὶ Τρώεσσι μάχεσθαι.*
P 501 *Ἀλκίμεδον, μὴ δή μοι ἀπόπροθεν ἰσχέμεν ἵππους.*

Cui tandem omnino usui est regula, quae secundum Klugium ipsum in Homero, oraculis (l. c. p. 19), aliis non est adhibita compluribus locis? Neque magis percipere possum aut probare, quae p. 14 legimus: 'Quamquam in Homeri usu infinitivi imperativi certa quaedam lex agnosci potest, tamen non dubito, quin initio infinitivus, finibus istis non coercitus, ab imperativo omnino non diversus fuerit. Sed cum duo tamquam modi essent, quibus eadem res significaretur, studium ortum est distinguendi inter has duas rationes ita, ut proprium utrique munus tribueretur, ne altera supervacanea videretur'. Quae si ita essent, illas leges dicendi post Homerum magis magisque confirmatas videremus. Qui autem fit, ut Hesiodus in Operibus permultis infinitivis imperativos quoque inserat ita, 'ut, qua de causa modus varietur, statui non possit' (p. 18)? Primum igitur constituendum est, quamquam infinitivus saepe etiam ita ut Kluge putat in Corpore

usurpatur, tamen permultis locis cum in ceteris litteris antiquissimis tum in libris Hippocrateis ab imperativo alterius personae sensu omnino non differre, qua ex re prioribus temporibus rem omnino non aliter se habuisse ego quidem non concludo.

Iam vero si accuratius quaerimus, qui casus subiecti[1]) et participii praedicativi ut ita dicam ad infinitivum alterius personae adiungatur, summatim dicere non possumus, quod iste autumat 'accusativum ab hoc genere infinitivorum omnino alienum esse' (p. 14). Compluribus in libris Corporis infinitivum absolutum alterius personae saepissime invenimus velut in diactsp, mp VI, hmb, m II, mlaff I, II, prsg II. Ubi autem infinitivo alterius personae participium additur, etiam accusativum omnibus codicibus consentientibus legimus velut

diactsp 9 (I 151 K) *καὶ κήρωμα τραχήλῳ περιτιθέναι καὶ εἰρίοισι περιελίσσειν καὶ σπόγγοισι μαλθακοῖσιν ἐν ὕδατι θερμῷ ἐκπιεζεῦντα πυριῆν.*

diactsp 64 (I 177 K) *δώδεκα καρφέα λεῖα συμμείξαντα καὶ ἑψήσαντα λιπαρὸν διδόναι ἐκλείχειν.*

mdoff 24 (II 43 K) *τὰ δὲ μινυθήματα, πολὺ προσλαμβάνοντα τοῦ ὑγιέος ἐπιδεῖν.*

mp II 5, 20 (V 132 L) *ὅσα σφακελίζει, ἀπολαβόντα τὴν φλέβα ἑλκῶσαι καὶ ὑγιῶσαι.*

m II 36 (VII 52 L) *ὅταν οὕτως ἔχῃ, σχίσαντα τὴν ῥῖνα σμίλῃ ἐκκαθῆραι, ἔπειτα ἐπικαῦσαι.*

m II 38 (VII 54 L) *ὅταν οὕτως ἔχῃ, πρῶτον μὲν τὰς φλέβας τὰς ὑπὸ τῇ γλώσσῃ ἀποσχᾶν, ἔπειτα λούοντα πολλῷ καὶ θερμῷ διδόναι πίνειν.*

mlnt 76 (VII 404 L) *ἢν τὰ ὕστερα μὴ δύνηται ἀποφυγεῖν, μαράθρου ἐν οἴνῳ καὶ ἐλαίῳ καὶ μέλιτι ἀναζέσαντα δοῦναι πιεῖν.*

mlaff I 49 (VIII 108 L) . . . *μίσγειν καὶ προστιθέναι ἐν εἰρίῳ λεῖα ποιέοντα* (*Θ*, *ποιεῦντα* C, *ποιοῦντα* vlg).

strl 221 (VIII 424 L) *πυριήσας τὸ σῶμα ὅλον πῖσαι, καθῆραι ἄνω καὶ κάτω· εἶτα ὄνειον γάλα μεταπίσαντα πυριῆν τὰς μήτρας δι' αὐλοῦ.*

His exemplis multa adicere possum, sed tamen omnibus in libris infinitivus absolutus alterius personae et infinitivus cum nominativo ut ita dicam praevalent et numero superant infinitivum cum accusativo. Exempli gratia legi in

---

[1]) Subiectum ad eiusmodi infinitivos alterius personae adiectum in Corpore quidem non legi. Apud alios autem scriptores — ut in transcursu addam — non desunt exempla velut Herod IV 126 *σὺ δὲ στάς τε καὶ παυσάμενος πλάνης μάχεσθαι.* cf. etiam Kluge p. 12 sqq.

fistl	inf. abs. II. pers. cr. 29×,[1]	inf. c. nom. cr. 35×,	inf. c. acc. cr. 5×,
strl	„ cr. 99×,	„ cr. 72×,	„ cr. 9×,
mlnt	„ cr. 164×,	„ cr. 175×,	„ cr. 12×,
diactsp	„ cr. 44×,	„ cr. 7×,	„ cr. 5×,
mdoff	„ cr. 42×,	„ —,	„ cr. 6×.

Explicatis igitur his rebus et ita constitutis facile unus quisque ultro concludet infinitivum cum nominativo alterius personae nusquam non rite usurpatum esse et hanc rationem dicendi pro regula videri fuisse. Nihilo minus commemorandum est in nonnullis libris velut in mlnt, ut supra demonstravimus, et in mlaff I, II, strl nos infinitivum cum accusativo non raro legere usurpatum. Ubi autem participium praedicativum accusativo expressum est, aliud genus infinitivi statuendum esse, id quod Kluge p. 14 contendit, Corpore quidem confirmari non potest. Neque enim intellego, quo modo inter se differant cum alia tum haec:

fistl 9 (VI 458 L) *ἔπειτα τρίβειν ἄλητον ξυμμίσγων καὶ καταπλάσσειν θερμόν.*

et

fistl 9 (VI 458 L) *ἔπειτα τρίψαντα καταπλάσσειν χλιηρόν· ξυμμίσγειν δὲ καὶ ἄλευρα.*

vel

mlnt 69 (VII 402 L) *ἢν τίκτουσα ἐξανεμωθῇ, ἧπαρ οἰὸς ἢ αἰγὸς ἐς τέφρην ἐγκρύψας διδόναι ἐσθίειν ζωρότερον ἐπὶ τέσσαρας ἡμέρας.*

et

mlnt 76 (VII 404 L) *ἢν τὰ ὕστερα μὴ δύνηται ἀποφυγεῖν, μαράθρου ἐν οἴνῳ καὶ ἐλαίῳ καὶ μέλιτι ἀναζέσαντα δοῦναι πιεῖν.*

vel

strl 221 (VIII 426 L) *ἐπὴν δὲ ἀναστομώσῃ, προσθεῖναι καθαρτικὸν τρίψας κανθαρίδας πέντε καὶ σικυώνης μακρῆς σπόγγον καὶ σμύρναν·*

et

strl 221 (VIII 426 L) *ταῦτα μέλιτι ἑφθῷ φορύξαντα καὶ φυρήσαντα βαλάνιον εἰρίῳ κατειλίξαι πλὴν τοῦ ἄκρου.*

Sed aliis locis cum optimis manuscriptis nominativus pro accusativo restituendus est velut artcl 22 (II 143 K), quo loco

---

[1]) Numeros accuratius computare haud facile est. Primum codices saepe inter se differunt, deinde infinitivum *χρῆσθαι* (velut *τῇσι πυρίῃσι χρῆσθαι*) et alterius et tertiae personae imperatum putare licet. Accedit, quod aliis locis (post verbum *χρή*) diiudicari non potest, scriptor infinitivum utrum imperativum an ex verbo necessitatis pendentem adhibuerit.

Kuehlewein in editione sua non recte iudicavit, cum scripsit: *τὴν μὲν μασχάλην ἀναλαβόντα ταινίῃ ἀνακρεμάσαι, ἀγκῶνι δὲ ἄκρῳ ὑποτιθέντα τι παρὰ τὸ ἄρθρον βάρος ἐκκρεμάσαι ἢ χερσὶν καταναγκάζειν.* Nam codices praebent haec:

ἀναλαβόντα τινὶ . . . ὑποθεὶς B,
ἀναλαβόντα τινᾶ . . . ὑποθεὶς Apoll 11, 10 Sch,
ἀναλαβὼν ταινίῃ (*τινι* pro *ταιν.* M) . . . *ὑποθείς τι* vctr 12 (II 253 K),
ἀναλαμβάνοντα ταινίῃ . . . ὑποτιθέντα M V.

Considerantibus nominativum *ὑποθείς* in omnibus fere codicibus, *ἀναλαβών* in nonnullis traditum esse nobis utroque loco nominativus, non accusativus scribendus est, praesertim cum ex tribus diversis fontibus eadem sententia confirmetur. Litterae *τα* verbi *ἀναλαβόντα* cum litteris sequentibus *τινι* vel *τινα* coniungendae sunt ita, ut ex illis omnibus, non ut Kuehlewein putat ex litteris *τινι* solis, recuperetur verbum *ταινίῃ*. Codices autem M et V — ut hoc in transcursu addamus — quanti momenti sint ad textum genuinum restituendum, ubi clariores fontes benigna fortuna fluunt, hoc quoque loco apparet. Nam accusativus *ὑποτιθέντα* nescio cui librariorum rationi coniectandi quin debeatur quis est qui dubitet?

Similiter res se habet

artcl 78 (II 238 K) *κλίμακα χρὴ κατορύξαντα ἐπικαθίσαι τὸν ἄνθρωπον, ἔπειτα τὸ μὲν ὑγιὲς σκέλος ἡσύχως κατατείναντα προσδῆσαι, ὅπου ἂν ἁρμόσῃ· ἐκ δὲ τοῦ σιναροῦ κεράμιον ὕδωρ ἐγχέας* [Apoll; *ἐγ*(*ἐκ*-V)*χέαντας* B, M, V; *ἐγχέαντα* Lt, Kuehlew] *ἐκκρεμάσαι ἢ σπυρίδα λίθους ἐμβαλών* (B, Apoll; *ἐμβάλλοντας* M, V; *ἐμβαλόντα* Lt, Kuehlew).[1])

m II 12 (VII 20 L) *ὑποκλύσαι αὐτὸν καὶ πιπίσκων* (G, J; *πιπίσκοντα* vlg, Lt) *τῶν οὐρητικῶν μελίκρητα διδόναι ἐπιπίνειν ὑδαρέα.*

affint 16 (VII 206 L) *λούειν πολλῷ καὶ θερμῷ καὶ χλιάσματα προστιθέναι πρὸς τὸ πονέον μάλιστα* (*λούειν καὶ πολλῷ καὶ χλ. προστιθέναι* Θ; *χλ. προστιθέντα* vlg, Lt).

mlnt 6 (VII 320 L) *ἔπειτα πυριῆν τῷ οὔρῳ περιπάσσων τὰ τῆς δάφνης καὶ ἐκ τῆς πυρίης προστιθέναι τὴν κυκλάμιον* (*περιπάσσοντα τῆς δ.* omnes codd. et Lt); cf. mlnt 14 (VII 332 L) *πυριήσας τὰς ὑστέρας οἴνῳ, τὰ σὺν τῇ δάφνῃ ἐμβάλλειν καὶ προστιθέναι ἃ* . . . et affint 7 (VII 184 L) *πῖσαι αὐτὸν ἐς ὑποκάθαρσιν τῷ τοῦ πεπλίου* (*ἐν τῷ* E, G, J, K, *τῷ* om., al. manu *ἐν τῷ* H).

---

[1]) De verbo *χρή* cum inf. c. nom. coniuncto cf. postea.

Licet etiam saepius nominativus genuinus a scribis vel editoribus emendandi prava cupidine seductis in accusativum corruptus ac depravatus sit, tamen ego quidem valde dubito mutare omnes locos, quibus accusativum participii praedicativi praebent cum ceteri codices tum praeclarus ille Vindobonensis. Neque Kluge, qui accusativum ab hoc genere infinitivorum omnino alienum esse p. 14 dixerat, tamen p. 18 infinitivum cum accusativo alterius personae, qui in Operibus Hesiodi quater legitur, aut explicare potuit aut mutare ausus est.

Sed iam aliquantulum subsistamus atque in uno libro artcl, qui sit usus infinitivi alterius personae et cum nominativo et cum accusativo coniuncti, consideremus. Utramque ibi rationem imperandi invenimus. Sed ut pro se quisque iudicare possit omnes locos afferam. Infinitivum cum nominativo lego:

artcl 22 (II 143 K) *ἀγκὼν δὲ ἐπὰν μὲν ἔσω ἢ ἔξω ἐκβῇ, κατάτασις μὲν ἐν σχήματι ἐγγωνίῳ τῷ πήχει πρὸς βραχίονα. τὴν μὲν μασχάλην ἀναλαβὼν ταινίῃ ἀνακρεμάσαι, ἀγκῶνι δὲ ἄκρῳ ὑποθείς τι παρὰ τὸ ἄρθρον βάρος ἐκκρεμάσαι ἢ χερσὶν καταναγκάζειν* (de varia lectione cf. p. 18).

artcl 26 (II 144 K) *ἐμβολὴ δέ· ὑπὲρ τραπέζης τοὺς δακτύλους ἔχων τοὺς μὲν τείνειν τοὺς δὲ ἀντιτείνειν,*[1]) *τὸ δὲ ἐξέχον ἢ τῷ θέναρι ἢ τῇ πτέρνῃ ἅμα ἀπωθεῖν καὶ ὠθεῖν πρόσω καὶ κάτω, κάτωθεν δὲ κατὰ τὸ ἕτερον ὀστέον ὄγκον μαλθακὸν ὑποθείς, ἢν μὲν ἄνω, καταστρέψας τὴν χεῖρα, ἢν δὲ κάτω, ὑπτίην.*

artcl 78 (II 238 K) *ἐμβάλλεται δὲ μηροῦ ἄρθρον καὶ τόνδε τὸν τρόπον, ἢν ἐς τὸ ἔσω ὀλίσθῃ καὶ ἐς τὸ ἔμπροσθεν· κλίμακα χρὴ κατορύξαντα ἐπικαθίσαι τὸν ἄνθρωπον, ἔπειτα τὸ μὲν ὑγιὲς σκέλος ἡσύχως κατατείναντα προσδῆσαι, ὅπου ἂν ἁρμόσῃ· ἐκ δὲ τοῦ σιναροῦ κεράμιον ὕδωρ ἐγχέας ἐκκρεμάσαι ἢ σπυρίδα λίθους ἐμβαλών. ἕτερος τρόπος ἐμβολῆς· ἢν ἐς τὸ ἔσω ὀλίσθῃ, στρωτῆρα χρὴ διαδῆσαι μεταξὺ δύο στύλων, ὕψος ἔχοντα συμμέτρως· προεχέτω δὲ τοῦ στρωτῆρος κατὰ τὸ ἓν μέρος, ὁπόσον τὸ πυγαῖον· περιδήσας δὲ περὶ τὸ στῆθος τοῦ ἀνθρώπου ἱμάτιον, ἐπικαθίσαι τὸν ἄνθρωπον ἐπὶ τὸ προέχον τοῦ στρωτῆρος· εἶτα προσλαβεῖν τὸ στῆθος . . .* (de varia lectione cf.p. 19).

artcl 82 (II 242 K) *ἐμβολαὶ δέ· ἐκ τοῦ συγκεκάμφθαι ἢ ἐκλακτίσαι ὀξέως ἢ συνελίξας ταινίης ὄγκον, ἐν τῇ ἰγνύῃ θείς, ἀμφὶ τοῦτον ἐξαίφνης ἐς ὄκλασιν ἀφιέναι τὸ σῶμα.*

---

[1]) Hunc locum Fuchs (Hippocrates, Sämtliche Werke I—III München 1895—1900) tom. III p. 106 liberius interpretatur his verbis: Die Einrichtung aber (erfolgt so), daß der Patient die Finger auf den Tisch hält, die Gehilfen teils so, teils entgegengesetzt ziehen, der Arzt aber entweder mit dem Ballen oder mit der Ferse zu gleicher Zeit das Hervorstehende zurückdrängt und nach vorwärts und nach unten drängt.

Infinitivum cum accusativo lego:

artcl 2 (II 114 K) ἔστι δὲ ἐμβολὴ ὤμου καὶ ἐς τοὐπίσω ὑπερβάλλοντα τὸν πῆχυν ἐπὶ τὴν ῥάχιν, ἔπειτα τῇ μὲν ἑτέρῃ χειρὶ ἀνακλᾶν ἐς τὸ ἄνω τοῦ ἀγκῶνος ἐχόμενον, τῇ δὲ ἑτέρῃ παρὰ τὸ ἄρθρον ὄπισθεν ἐρείδειν. αὕτη ἡ ἐμβολὴ καὶ ἡ πρόσθεν εἰρημένη, οὐ κατὰ φύσιν ἐοῦσαι, ὅμως ἀμφισφάλλουσαι τὸ ἄρθρον ἀναγκάζουσιν ἐμπίπτειν.

artcl 17 (II 141 K) ἀγκῶνος δὲ ἄρθρον παραλλάξαν μὲν ἢ πρὸς πλευρὴν ἢ ἔξω, μένοντος τοῦ ὀξέος τοῦ ἐν τῷ κοίλῳ τοῦ βραχίονος, ἐς εὐθὺ κατατείναντα τὰ ἐξέχοντα ἀπωθεῖν ὀπίσω καὶ ἐς τὸ πλάγιον.

artcl 18 (II 142 K) ἐκπίπτει δὲ μάλιστα ἐς τὸ πρὸς πλευρὴν μέρος. τὰς δὲ κατορθώσιας ἀπάγοντα ὅτι πλεῖστον, ὡς μὴ ψαύῃ τῆς κορώνης ἡ κεφαλή μετέωρον περιάγειν καὶ περικάμψαι καὶ μὴ ἐς εὐθὺ βιάζεσθαι, ἅμα δὲ ὠθεῖν . . .[1])

artcl 19 (II 142 K) ἐμβολαὶ δέ, τοῦ μὲν ὀπίσω, ἐκτείναντα κατατείνειν. σημεῖον δέ· οὐ γὰρ δύνανται ἐκτείνειν· τοῦ δ' ἔμπροσθεν, οὐ δύνανται συγκάμπτειν· τούτῳ δὲ ἐνθέντα τι συνειλιγμένον σκληρόν, περὶ τοῦτο συγκάμψαι ἐξ ἐκτάσιος ἐξαίφνης.

artcl 29 (II 145 K) δακτύλου δὲ ἄρθρον ὀλισθὸν μὲν εὔσημον. ἐμβολὴ δὲ κατατείναντα ἐς ἰθὺ τὸ μὲν ἐξέχον ἀπωθεῖν, τὸ δὲ ἐναντίον ἀντωθεῖν.

Quae cum ita sint, satis mirari non possum, quo modo idem medicus duas varias rationes imperandi in capitibus 26, 82 (infinitivus imperativus cum nominativo post ἐμβολή) et 19, 29 (infinitivus explicativus cum accusativo post ἐμβολή) adhibuerit, id quod etiam magis mirum videtur esse in hoc genere dicendi, cui aliquid peculiare inesse nemo negaverit. Sed nobis subtilius quaerentibus, qua via his difficultatibus liberemur, iam Littré et Kuehlewein viam monstraverunt, qui tamen hac ipsa differentia

---

[1]) Aliis locis res aliter se habet, cum verbum necessitatis cuiusdam antecedat, atque ibi potius accusativum cum infinitivo quam infinitivum cum accusativo ut ita dicam alterius personae usurpatum esse verisimile est velut in cp. 30 (II 148 K): χρὴ γὰρ τὸν μέν τινα κατέχειν τὴν κεφαλὴν τοῦ τετρωμένου, τὸν δὲ περιλαβόντα τὴν κάτω γνάθον καὶ ἔσωθεν καὶ ἔξωθεν τοῖσι δακτύλοισι κατὰ τὸ γένειον, χάσκοντος τοῦ ἀνθρώπου ὅσον μετρίως δύναται, πρῶτον μὲν διακινεῖν τὴν γνάθον χρόνον τινά, τῇ καὶ τῇ παράγοντα τῇ χειρί, καὶ αὐτὸν τὸν ἄνθρωπον κελεύειν χαλαρὴν τὴν γνάθον ἔχειν καὶ συμπαράγειν καὶ συνδιδόναι ὡς μάλιστα· ἔπειτα ἐξαπίνης σχάσαι τρισὶ σχήμασι ὁμοῦ προσέχοντα τὸν νόον· δεῖ μὲν γὰρ παράγεσθαι ἐκ τῆς διαστροφῆς ἐς τὴν φύσιν, δεῖ δὲ . . . . . . ἰητρείη δὲ βραχεῖα ἀρκεῖ· σπλῆνα προστιθέντα κεκηρωμένον χαλαρῷ ἐπιδέσμῳ ἐπιδεῖν. ἀσφαλέστερον δὲ χειρίζειν ἔστιν ὕπτιον κατακλίναντα τὸν ἄνθρωπον, . . . Eandem rationem dicendi exhibent capita 43, 44, 47, 49, 50, 62, 63, ubi χρή, ἀρκεῖ, συμφέρει, ἄριστον antecedunt vel χρή subsequitur.

dicendi moti non sunt. Namque Littré in adnotatione editionis suae commemorat Galenum capita 17—29 interpretatum non esse et Kuehlewein[1]) in opusculo, ubi de dispositione huius libri agit, capitibus 17—25 adiecit: '22—24 sind in diesem Abschnitt Wiederholung von 18, 19, 17', et capiti 29: '(Auszug aus 80)'. Primum igitur duos homines, non unum scripsisse haec capita statuendum est. In secundo autem capite, ubi post *ἔστι δὲ ἐμβολή* infinitivum cum accusativo coniunctum legimus, quamvis eum quoque infinitivum explicativum esse putemus, tamen res aliter se habet atque in capitibus 19 et 29, quia scriptor illud genus reponendi non modo non commendat, sed quasi vituperandi causa commemorat ita, ut idem medicus, qui in capite 78 nominativum scripsit, hoc loco accusativum adhibere potuerit. Sed intellegi non iam potest, qua re Galenus non omnia interpretatus sit. Praeterea haec capita 17—29 in vctr (7—19) eodem ordine ad verbum repetita esse commemoratu dignum est. Priusquam autem accuratius diiudicemus, paulo longius de aetate eius traditionis aberrare liceat.

Iam Apollonius Citiensis (primo saeculo a. Chr. n.; cf. Schoene, p. XXIV sqq.) librum artcl ita legit ut traditus est in codicibus. Nam commemorat cum alia tum loca capitum 17 (p. 10, 21 et 27 Sch), 18 (p. 11, 2 Sch), 19 (p. 11, 24 Sch), 22 (p. 11, 8 Sch), 25 (p. 3, 17 et 32, 26 Sch), 26 (p. 12, 4 Sch), 27 (p. 11, 17 et 12, 12 Sch), 29 (p. 12, 28 Sch), 78 (p. 21, 6 Sch), 82 (p. 32, 12 Sch) atque, ut haec iam hoc loco addam, praeterea plures sententias ex vctr ad verbum electas citat, ut excerptum quoque Hippocratis ipsius putavisse videatur (p. 33, 9 Sch: *περὶ δὲ τῶν λοιπῶν αὐτὸς οὕτως διασαφεῖ· νόμος ἐντολῆς, διορθώσιος* et quae sequuntur = vctr cp. 38). Itaque hunc libellum vctr, praesertim cum Erotianus quoque temporibus Neronis in glossario afferat (cf. L I 340), iam antiquis temporibus scriptum esse apparet. Sed ex verbis ipsis non Hippocratis qui fertur, sed alius esse excerptum intellegi potest (vctr 3 [II 248, 11 Kw] *ὅπου δὲ καὶ οἷα ἐόντα θανατώδεά ἐστι, παρεῖται* scl. in artcl cp. 40, ubi *καὶ ἐν*

---

[1]) H. Kuehlewein, Die chirurg. Schriften des Hipp., Jahresber. d. Klosterschule Ilfeld, Ostern 1898, Nordhausen 1898.

οἵοισι χωρίοισι ἕκαστα θάνατον φέρει στομούμενα ἢ καὶ ἀλλοίας βλάβας, περὶ τούτων ἐν ἄλλῳ λόγῳ γεγράψεται). Quod autem ad textum ab Apollonio traditum attinet, ille commentator libro tertio exeunte duos locos[1]) affert, quos nos in vctr aliter legimus (p. 32, 28—33, 7 Sch *ὦμον δέ, αὐτὸς ὑποθείς* . . . ∾ vctr cp. 5 et p. 33, 26—28 Sch *γόνατος δέ, ἣν* . . . ∾ vctr cp. 26).

Altera ex parte Galeni argumentum nobis non est despiciendum. Quamquam ille secundo demum saeculo p. Chr. n. florebat, tamen ut medicus litteris valde incubuit, velut frustra manuscripta ex bibliotheca alexandrina orta quaesivit (cf. L I 163). Hic autem in commentario suo libri artcl non solum capp. 17—29 omisit, sed etiam libro exeunte in capite 78 explicando ad verba *χρὴ* . . . *εὑρίσκειν* (II 236 K) adiecit: *οὗτος ὕ σ τ α τ ο ς αὐτῷ λόγος ἐστὶ παρακελευομένῳ τὴν εὐπορίαν ἀσκεῖν* . . . (XVIII A 766 Kuehn), neque commemorat capita quae in artcl sequuntur id est capp. 79—87, quorum capp. 82—87 ad verbum cum vctr 26—31 congruere adnotandum est. Dixerit quispiam: aut neglegentia aut critica quadam cautione omisit. Quae si ita fuissent, aut verba quae supra commemoravi non scripsisset aut argumenta suae rationis quin allaturus fuerit dubium non est, velut de particula *δέ* initio libri artcl (XVIII A 300 Kuehn). Accedit quod capite 78 exeunte in codicibus M, F, G, I, U scriptum est in margine *ἔν τισι τὸ περὶ ἄρθρων ἕως ὧδε ἦν* et haec capita multo melius librum aliquem incipere quam finire apparet. Itaque ex his rebus omnibus iam antiquissimis temporibus textum libri artcl in duabus classibus codicum traditum id est iam tum depravatum fuisse concludimus, id quod vel inde apparet, quod libri frct et artcl quamvis unius medici fuisse constet,[2]) tamen semper separati traditi sunt. Nam Apollonius citat initium artcl (p. 1

---

[1]) p. 33, 28 Sch: verba *μηροῦ δὲ* . . . congruunt ad verbum fere cum vctr cp. 25, id quod Schoene non adnotat.

[2]) H. Schoene, Deutsche Med. Wochenschrift Nr. 10 [1910] p. 466 (cf. etiam H. Diels, Über einen neuen Versuch, die Echtheit einiger hipp. Schriften nachzuweisen, Sitzungsber. d. Akad. d. Wissensch., 1910 p. 1140). Sed plura argumenta illi conferenda erant et conferri poterant. Nam quot et qualia loco citato attulit, tot et talia collecta habeo ex aliis libris, quos ut unius esse putemus neque mihi neque aliis persuadeam.

Sch: *ἐνῆρκται τοίνυν ὁ Ἱπποκράτης τοῦ περὶ ἄρθρων βιβλίου τὸν τρόπον τοῦτον ὤμου δὲ ἄρθρον*) et frct (p. 2, 32 Sch: *ἐν τοῖς περὶ ἀγμῶν . . . ἐναρχόμενος δὲ τοῦ βιβλίου οὕτως διασεσάφηκεν· τῶν ἐκπτωσίων τε καὶ κατηγμάτων φύσις . . .*) et Galenus, quamquam ipse quoque unius esse demonstrat (XVIII A p. 300 sqq. Kuehn), tamen duo commentaria scripsit. Praeterea libri artcl capita 17—29 et 79—87 aut inter se aut cum aliis capitibus libri frct congruunt (17—20 [21] ∾ 22—24 ∾ frct 39—44; 29 ∾ 80; 82—87 ∾ frct 38 et 11—13; de capitibus 26—28 et 79, 81 postea). Itaque, ut redeat quaestio, unde profecta est, capita quae Galenus non commemorat atque a reliqui libri ratione dicendi omnino abhorrere constat, omnia secludenda sunt neque ego quidem dubito, quin medicus vel grammaticus quidam eo tempore, cum frct et artcl non iam cohaerebant et mutilati erant, ea ex libro vctr adiecerit.

Sed qui fit, ut capita 17—20 et 22—24, 29 et 80 in uno libro coniuncta sint? Si Apollonium ex libro vctr sententias citavisse recordamur, quas aliis verbis in nostro vctr legimus ut supra demonstravi, nihil aliud concludere possumus nisi illud, duo fuisse quondam excerpta librorum frct et artcl, quorum alterum fortasse coeperat verbis *πρῶτον μὲν οὖν δεῖ εἰδέναι* (nunc artcl cp. 79) et in manuscriptis post artcl traditum erat, alterum initium fecerat capite, quo de ossibus agitur (nunc vctr 1), et cum mdoff coniunctum erat (cf. custodes ut ita dicam in codicibus B, V [II 45 K]. cf. etiam rationem dicendi in mdoff 2 et vctr 40). Haec autem duo commentaria quo modo in unum compilata sint, hodie non iam explicare possumus. Sed iam redeundum est ad frct et artcl, quos libros antiquissimis temporibus valde mutilatos esse vidimus et unius fuisse constat. Atque ut id tantum addam, totius operis initium fecisse scriptorem eis sententiis puto, quas etiam nunc in artcl 79, 81 excerptas legimus. Deinde fortasse de digitis (∾ artcl 80), de prima palmae parte (∾ artcl 26—28), de bracchio egit. Quae si ita fuerunt, initium libri frct (*ἐχρῆν τὸν ἰητρὸν . . . ποιεῖσθαι* II 46 K) facilius percipimus: aut verbum *ἐχρῆν* mutilatum est (cf. Apollonium, qui verba *ἐχρῆν τὸν ἰητρόν* omisit) aut alia antecesserunt, quibus imperfectum magis perspicuum erat. Accedit, quod tum demum in frct 9 iure legimus

haec verba: ἢν δέ τι κινηθῇ ἐκ τῆς χώρης . . . ἢ ἄλλο τι τῶν ὀστέων τοῦ ταρσοῦ καλεομένου, ἀναγκάζειν μὲν χρὴ ἐς τὴν ἑωυτοῦ χώρην ἕκαστον, ὥσπερ καὶ τὰ ἐν τῇ χειρὶ εἴρηται (II 61 K).

Quod autem ad infinitivum imperativum attinet, non minus quam a libro artcl accusativus participii praedicativi alienus est a libro frct. Nam accusativus quem nonnullis locis legimus (in capp. 4, 7, 8, 26, 36), pariter atque in artcl ex verbo χρή antecedente pendere potest. Infinitivum autem cum nominativo coniunctum in capitibus 4, 5, 8, 13, 16, 25 invenimus.

Quibus expositis infinitivus cum accusativo alterius personae a librorum frct et artcl forma primaria ac genuina videtur alienus fuisse. Utrum simili modo in ceteris scriptis accusativum alterius personae removere possimus necne, mihi non est certum. Hoc tamen constare credo et exemplis Klugii nixus et mea quaestione infinitivum alterius personae recte cum nominativo coniunctum usurpari, quam legem dicendi omnes fere scriptores antiquiores secuti sunt. Sed quid de infinitivo cum accusativo alterius personae fit? Quas formas licet contingat mihi ut excludam ex textu genuino, tamen cogitandum est illa, quae addita sunt, iam antiquissimis temporibus in textum invasisse, cum optimi codices talia tradant. Atque etiam tum poscitur, ut explicemus hunc usum dicendi. Sequi enim hoc videtur, ut infinitivus cum accusativo aetate posterior sit quam infinitivus cum nominativo, id quod Operibus Hesiodi et libro artcl probatur. ‘Nam cum plus quinquaginta locis,’ ut scribit Kluge p. 18, ‘nominativus exstet, leguntur accusativi v. 391, 595,[1]) 735, 748 quorum tres posteriores non dubium est quin additicii et recentissimi sint.’ Sed videbimus postea.

Priusquam autem de infinitivo tertiae personae agere aggrediamur, infinitivum alterius personae cum imperativo conferamus. Nam Klugii dissertationem inspicientibus nobis putandum est infinitivum pro imperativo adhibitum multo rarius inveniri quam imperativum, cuius usus constans videatur fuisse. Haec tamen

---

[1]) v. 595 in hanc rationem dicendi non spectare videtur, cum alia antecedant, ex quibus infinitivus pendere potest.

opinio licet in usum Homeri quadret, in Corpore multa capita legimus, ubi infinitivus saepius usurpatur quam imperativus velut fistl 3 (VI 448—50 L) ἢν δὲ νοσέοντα ἤδη τὴν σύριγγα παραλάβῃς, λαβὼν σκορόδου φύσιγγα νεαρήν, ἀνακλίνας τὸν ἄνθρωπον ὕπτιον, τὰ σκέλεα διαγὼν [l. διαγαγών Diels] τὸ μὲν ἔνθα, τὸ δὲ ἔνθα, τὴν φύσιγγα καθιέναι, ἔστ᾽ ἂν προσκόψῃ, μετρῆσαί τε τὸ βάθος τῆς σύριγγος τῇ φύσιγγι, καὶ σεσέλιος δὲ ῥίζαν κόψας ὡς λεπτοτάτην, ὕδωρ ἐπιχέας, βρέχειν τέσσαρας ἡμέρας· καὶ προνηστεύσας πινέτω μέλιτι παραμίσγων τὸ ὕδωρ κατὰ τρεῖς κυάθους· ἐν τούτῳ κάθαιρε καὶ τὰς ἀσκαρίδας. ὁκόσοι δ᾽ ἂν καταλειφθῶσιν ἀθεράπευτοι, θνῄσκουσιν. ἔπειτα ὀθόνιον βύσσινον τιθυμάλλου ὀπῷ τοῦ μεγάλου δεύσας, καταπάσσων ἄνθος χαλκοῦ ὀπτὸν τετριμμένον, στροβίλην ποιήσας ἴσην τῇ σύριγγι τὸ μῆκος, ῥάμμα, διεὶς δι᾽ ἄκρας τῆς στροβίλης καὶ αὖθις διὰ τῆς φύσιγγος, ὕπτιον κατακλίνας τὸν ἄνθρωπον κατοπτῆρι κατιδὼν τὸ διαβεβρωμένον τοῦ ἀρχοῦ, ταύτῃ τὴν φύσιγγα διεῖναι· καὶ ὁκόταν παρακύψῃ ἐς τὸν ἀρχόν, ἐπιλαμβανόμενος ἕλκειν, ἄχρις οὗ ἡ στροβίλη διωσθῇ καὶ ἰσωθῇ τῷ τε ἄνω καὶ τῷ κάτω· ἐπὴν δὲ ἐσωσθῇ, βάλανον ἐνθεὶς κερατίνην ἐς τὸν ἀρχόν, γῇ διαχρίσας σμηκτρίδι, τὸν ἀρχὸν ἐᾶν· ἐπὴν δὲ ἀποπατέῃ, ἐξαιρέειν καὶ αὖθις προστιθέναι, ἕως ἂν πεμπταίη γένηται· ἕκτῃ δὲ ἡμέρῃ ἐξαιρέειν, ἕλκων τὴν στροβίλην ἔξω τῆς σαρκός· καὶ τρῖψαι στυπτηρίην μετὰ ταῦτα καὶ πλήσας τὴν βάλανον καὶ ἐς τὸν ἀρχὸν ἐμβαλὼν ἐᾶν, ἄχρις οὗ ἡ στυπτηρίη ὑγρὴ γένηται· τὸν δὲ ἀρχὸν σμύρνῃ ἀλείφειν, ἄχρις οὗ ἂν δοκέῃ ξυμπεφυκέναι.

Sunt etiam libri, in quibus alterius personae infinitivus tantum inveniatur neque ullus imperativus (alt. pers.), exempli gratia cpvln, hmb, frct, artcl, mdoff, vctr, vis, prsg II. Aliis autem in scriptis Corporis infinitivus alterius personae superat numero imperativum alterius personae velut:

aff	inf. (abs. vel c. nom.)	cr. 95 ><,	impr.	cr. 1 ><,
vln	„	cr. 78 ><,	„	cr. 5 ><,
m II (12—30)	„	cr. 105 ><,	„	cr. 6 ><,
affint (1—25)	„	cr. 115 ><,	„	cr. 6 ><,
strl	„	cr. 180 ><,	„	cr. 16 ><,
mlaff I, II, spf.				

Cuius varietatis imperandi auctorem fuisse scribam quis est qui iudicet? nisi forte pro infinitivo lapsu mentis vel calami imperativum totiens scriptum esse suspicamur.

Quodsi ante oculos ponimus etiam Hesiodum in Theogonia infinitivos imperativos evitare (Kluge p. 18), in Operibus autem 'praecepta omnia fere infinitivis afferre, quorum plus centum leguntur', facere non possum, quin infinitivum initio apud Graecos

ad sententias generales vel praecepta exprimenda usurpatum fuisse concludam. Neque tamen ego, ut Kluge p. 18, hoc genus imperandi 'ex illis infinitivis, quos iam in Homero agnovimus, quibus sententiae universae sive imperata iterativa significantur', ortum esse puto, sed una atque eadam ratio imperandi quin fuerit non dubito. Fortasse vis infinitivi natura sic erat definita, ut non ad unum quendam hominem, sed ad omnes qui in eadem condicione essent, pertineret. Tum autem facile intellegimus, qua re infinitivus imperativus saepissime cum sententia condicionali coniunctus sit et imprimis in libris technicis velut in Operibus et Corpore Hippocrateo inveniatur.

Hac summa de usu infinitivi alterius personae facta interim satis habeamus iamque tertiae personae infinitivum accuratius perscrutemur. Ac Kluge quidem undecim infinitivorum tertiae personae, quos Wagner et Hentze in Iliade et Odyssea numerant, quattuor tantum idque suo iure agnoscit, quorum duos difficili quodam modo explicat (*λ* 441 et *Z* 86). 'Reliqui duo', ut ipse dicit p. 16, 'infinitivi tertiae personae in certa specie orationis numerandi sunt, quam Homerus ipse *ῥήτρην* appellat, cuius exempla plura leguntur . . . Haec forma orationis, quae ex legibus et foederibus satis nota est, quamquam primo rectam fuisse ex Homericis exemplis colligitur . . ., iam pridem in orationem obliquam abisse videtur, certe post Homerum semper accusativus subiecti ponitur. atque idem semel legitur in Homero *Γ* 284 . . . forma orationis est eadem, quam ex legibus et foederibus novimus. Sed cum hoc unicum exemplum sit, ubi ad infinitivum tertiae personae subiectum additum est, non potest diiudicari, utrum iam obliquam orationem teneamus, an — quod minus verisimile est — infinitivi tertiae ab initio accusativum postulaverint'.

Primum constare dicimus, id quod Kluge nullo quidem verbo negat quodque in legibus non raro invenimus, infinitivum et imperativum sensu inter se omnino non differre

Hom *Γ* 284 sqq. *εἰ μέν κεν Μενέλαον Ἀλέξανδρος καταπέφνῃ, αὐτὸς ἔπειθ' Ἑλένην ἐχέτω . . . εἰ δέ κ' Ἀλέξανδρον κτείνῃ ξανθὸς Μενέλαος, Τρῶας ἔπειθ' Ἑλένην καὶ κτήματα πάντ' ἀποδοῦναι, τιμὴν δ' Ἀργείοις ἀποτινέμεν . . .*
aut in Corpore
diactsp 37 (I 165 K) *ἢν μὴ πυρετὸς ἐπιγένηται καὶ . . ., πίνειν οἶνον κιρρὸν οἰνώδεα*

καὶ ἄλητον ἑφθὸν ἐσθίειν, καὶ . . . . . . εἰ δὲ μή, . . . πίνειν δίδου . . . καὶ . . . ἐσθιέτω ὡς πλεῖστον καὶ οἶνον, ὅταν βούληται, εὔκρητον ἐπιπινέτω.

m II 33 (VII 50 L) *εἶναι δὲ μέγεθος ὥστε ἐπαρτίζειν ἐς τὸν μυκτῆρα . . . μῆκος δὲ ἔστω ὅσον πυγονιαῖον ἕκαστον.*

mlaff I 88 (VIII 212 L) *ἔστω δὲ τὸ τῆς σμύρνης τὸ ἥμισυ τοῦ ἁλὸς καὶ τῆς πίσσης, ἐμβαλεῖν δ' ἐς ῥάκος . . .· δύο δ' εἶναι τὸ μὲν ἡμέρης ἔχειν τὸ δὲ εὐφρόνης* (*Θ*; *δύο δὲ ἔστω ὡς τὸ* [*ὡς* om. C] vlg, Lt).

mlaff II 133 (VIII 288 L) *χρῖσμα δὲ λίπα ἔστω, ποιέειν δὲ μῆκος μὲν δακτύλων ἕξ, πλῆθος δὲ πέντε ἢ ἕξ, εἶδος δὲ ἔξουρα· εἶναι δὲ θάτερον θατέρου σμικρῷ παχύτερον.*

m II 48 (VII 74 L) *ζωμὸν δὲ μὴ ῥυφεέτω μηδὲ βάπτεσθαι· ἰχθύσι δὲ χρήσθω* (G, I, J, K; *ῥυμφεέτω* E; *ῥοφεέτω* vlg, Lt).[1]

Deinde commemorandum est infinitivum tertiae personae pro multitudine imperativorum tertiae in Corpore rarius inveniri quam infinitivum alterius cum imperativo alterius personae comparatum.

Exempli gratia legi in

strl	inf. III. prs.	cr. 25 ×,	impr. III. prs.	cr. 92 ×;
mlnt	„	cr. 16 ×,	„	cr. 188 ×;
m II (12—30)	„	cr. 8 ×,	„	cr. 48 ×;
diactsp	„	cr. 15 ×,	„	cr. 30 ×;
strl	inf. II. prs.	cr. 180 ×,	impr. II. prs.	cr. 16 ×,
mlnt	„	cr. 351 ×,	„	cr. 184 ×,
m II (12—30)	„	cr. 105 ×,	„	cr. 6 ×,
diactsp	„	cr. 56 ×,	„	cr. 70 ×.

Quamvis igitur pauci infinitivi tertiae legantur pro imperativo, tamen eos non deesse constat. Atque ut nonnullos afferam, scriptores medici infinitivum absolutum adhibuerunt in

aff 15 (VI 224 L) *ὑποκαθῆραι φαρμάκῳ κάτω, σιτίων δὲ ἀπέχεσθαι, ἕως ἂν . . .*

m II 27 (VII 44 L) *τὰς μὲν πρώτας ἡμέρας ῥυφήμασι διαχρῆσθαι.*

m III 2 (VII 120 L) *ῥοφεῖν δὲ πτισάνης χυλὸν καὶ ἀοινέειν τὸ πάμπαν· ἐπὴν δὲ ῥαγῇ τὸ πῦον, ἐπίσχειν, ἔστ' ἂν . . .*

affint 6 (VII 180 L) *ἔπειτα ἢν ἔμετος ἐπέλθῃ αὐτῷ* (*ἐπίῃ*, al. manu *ἐπέλθῃ* H; *ἔλθῃ* *Θ*), *ἐμέειν προθύμως.* (Lt quidem in appar. *ἐμείτω* *Θ*, sed cf. X p. LXXVIII L).

mlnt 6 (VII 320 L) *καὶ κατακεῖσθαι ἐπὶ τοῦ ὑγιέος ἰσχίου, καὶ προσθέσθω . . .* (*Θ*, F, G, H, I; *κεῖσθαι* C, *κατακείσθω* vlg, Lt).

mlnt 32 (VII 350 L) *τούτῳ καὶ ἀπολύσασθαι, ἢν δυστοκῇ* (*Θ*; *ἀπολούσ.* vlg).

---

[1]) De verbo *ῥυφέω* cf. O. Hoffmann, Die griech. Dialekte III, Goettg. 1898, p. 289 et Kuehlewein, Hipp. I p. CXXIV sq.

mlnt 68 (VII 402 L) *πίνειν δοῦναι νήστιδι καὶ τῶν σιτίων ἀπέχεσθαι καὶ μὴ πυκνὰ ἐσθίειν* (*Θ*; *νῆστι* C; *νήστει· δεῖ δὲ καὶ* vlg, Lt — *ἐσθιέτω* C).
mlaff I 37 (VIII 90 L) *προσκεῖσθαι δὲ ἡμέρην καὶ εὐφρόνην* (*Θ*, C; *προσκείσθω* vlg, Lt).
mlaff II 121 (VIII 264 L) *τοῖσι δ' ἄλλοισι κρέασι χρῆσθαι* (*Θ*; *χρέε.* vlg, Lt) *ἑφθοῖσι καὶ ἄρτον σιτείσθω* (*σιτίσθω Θ*; *σιτείσθω ἄρτον* vlg, Lt).
spf 40 (VIII 508 L) *ἢν τὰ ἐπιμήνια πολλὰ γένηται, γλυκυσίδης κόκκους τοὺς μέλανας δὶς ἑπτὰ πίνειν ἐν οἴνῳ δυσὶ κυάνθοις.*

Quod autem ad casum subiecti et participii vel adiectivi praedicativi attinet, nos nisi optimos codices secutos rectam rationem non inituros esse hac quoque in re apparet.

Velut legendum est in
affint 27 (VII 238 L) *καὶ ὀρίγανον τρίβων διεῖναι οἴνῳ λευκῷ, καὶ οὕτως πίνειν νῆστιν* (*νηστειν Θ*, cf. X p. LXXI L; *νῆστις* vlg, Lt).
mlaff I 45 (VIII 104 L) *ἢ κάστορα ἢ νάρδον πίνειν ἢ πήγανον ἐν οἴνῳ μέλανι γλυκεῖ, νῆστιν ἢ ἄνευ οἴνου·* (*Θ*; *νῆστις* vlg, Lt). Quae verba etiam ab adiectivo *ἄμεινον* pendere possunt. Nam ea, quae antecedunt, cum codice *Θ* legenda sunt sic: *ὅταν γυνὴ τέκῃ καὶ τοῦ ὑστέρου ἀπαλλαγῇ, διδόναι ἄμεινον, ὑφ' ὧν μάλιστα καθαίρεται τὰ λοχεῖα, σκόροδα ἑφθὰ ἢ ὀπτὰ ἐν οἴνῳ καὶ ἐλαίῳ μετὰ πουλυποδίων καὶ σηπιδίων* (*σηπίων Θ*) *ἐπανθράκων* (Diels [cf. Arist. *ἐπανθρακίδες*]; *ἀπανθράκων Θ*, C; *ἐπ' ἀνθ.* vlg, Lt), *ὅτι ἂν βούληται τούτων* (*τουτέων* codd, Lt), *ἢ κάστορα ἢ νάρδον πίνειν . . .* (*Θ*; *πινέτω· πίνειν* [*πίενειν* om. C] *δὲ καὶ* [*καὶ* om. C] *πηγ.* vlg, Lt; pro *ἢ κάστορα* [*Θ*, C] hab. vlg, Lt *κάστορα δὲ*).
mlaff II 127 (VIII 274 L) *τὴν δὲ παρθένον συνοικέειν ἀνδρί·* (*Θ*, C; *παρθ. πείθειν ξυνοικ.* vlg, Lt). Antecedunt haec verba *ταῦτα ποιέειν τὴν χήρην· ἄριστον δὲ ἐν γαστρὶ ἔχειν.*
di II 66 (VI 586 L) *εἶτα ἐξεμείτω* (*ἐξεμεέτω* vlg, Lt) *καὶ ἀναστὰς ὀλίγον καθεύδειν μαλθακῶς· εἶτα προσάγειν . . .* (*Θ*; *ἐξαναστάντα* E, H, K, P', Q', Lt; *ἀναστάντα* vlg).

His exemplis allatis constat et accusativum et nominativum cum infinitivo tertiae personae coniunctum esse. Priusquam autem, cuius sit ponderis uterque casus subiecti, consideremus, pluribus locis nobis utendum est. Itaque omnium vel optimorum codicum auctoritate accusativum scriptum videmus his locis:

mdoff 4 (II 32 K) *ὄνυχας μήτε ὑπερέχειν μήτε ἐλλείπειν δακτύλων κορυφῆς.*
m III 16 (VII 148 L) *ὁκόταν δὲ καταιγίζωσιν αἱ νοῦσοι, ἡσυχάζειν καὶ τὸν κάμνοντα καὶ τὸν ἰητρὸν τῇσι θεραπείῃσιν.*
affint 32 (VII 250 L) *ἀπέχεσθαι δὲ λαγνείης καὶ οἰνοφλυγίης καὶ τοῦτον καὶ τοὺς πρόσθεν.*
mlaff II 113 (VIII 244 L) . . . *καταχεῖν καὶ τὴν κλίνην ἀπὸ τῶν ποδῶν ὑψηλοτέρην εἶναι καὶ στορέσαι ὧδε.*

mlaff II 127 (VIII 274 L) *ταῦτα ποιέειν τὴν χήρην· ἄριστον δὲ ἐν γαστρὶ ἔχειν* = mlnt 3 (VII 316 L).

strl 247 (VIII 460 L) *καὶ τὴν κλίνην ὑψηλοτέρην πρὸς ποδῶν κεῖσθαι* = mlnt 4 (VII 316 L).

vctr 38 (II 268 K) *τὰ ἄρμενα πάντα*[1]) *εἶναι πλατέα, προσηνέα, ἰσχυρά.*

vctr 42 (II 273 K) *ἱμάντια δὲ ἐξ ἄκρων ἀμφοτέρωθεν ἔχοντα ἐς τοὺς κρίκους ἐνδεδέσθαι* (*ἐνδεῖσθαι* M).

aff 38 (VI 248 L) *τὰ δὲ καταπλάσματα εἶναι ἢ τεῦτλα ἑφθὰ ἐν ὕδατι ἢ σέλινον . . .* (*Θ*, E, H, R′, Q′; *τοιαῦτα* add. post *τὰ δὲ* vlg, Lt).

mlaff I 11 (VIII 42 L) *εἶναι δὲ δύο τὰ τρυχία χωρὶς ἑκάτερα, τὰ μεθ᾽ ἡμέρην τε καὶ νύκτωρ.*

mp VII 67 bis (V 430 L) *ὑδρωπιώδεα ταλαιπωρέειν, ἱδροῦν, ἄρτον ἐσθίειν, πίνειν μὴ πουλύ, λούεσθαι κατὰ κεφαλῆς πολλῷ . . .*

aff 43 (VI 252 L) *ὅσοις δὲ ὑγρασίη, μὴ ἀσιτέειν* (*Θ; ὁκόσοισι δ᾽ αὖ ὑγ. ξυμφέρει, μὴ* vlg, Lt) *καὶ τοῦ σίτου*[2]) (*σιτοῦ Θ, σιτίου* vlg, Lt) *καὶ τοῦ ποτοῦ* (*πότου Θ*) *μὴ ἐνδεᾶ εἶναι μηδὲ πονεῖν καὶ κοιμᾶσθαι . . .*

strl 247 (VIII 460 L) *ἔγχει ἐς τὰ αἰδοῖα καὶ κεῖσθαι ὑπτίην ἄνω τὰ σκέλεα ἔχουσαν ἐκτειναμένην.*

mp VII 78 (V 434 L) *οἶνον λευκὸν ὑδαρέα ἅμα πίνειν ἐν τῇ θαλάσσῃ κατακείμενον καὶ οὐρέειν ἐν τῇ θαλάσσῃ.*

m II 68 (VII 104 L) *καὶ σιτίοισιν ὡς μαλθακωτάτοισι χρῆσθαι καὶ ψυχροῖσιν ἀπεχόμενον τῶν δριμέων καὶ τῶν ἁλμυρῶν.*

mlaff I 84 (VIII 206 L) *ἅλες, κύμινον, χολὴν ταύρου μέλιτι ἀναφυρέειν καὶ προστίθεσθαι λουσαμένην, ἀφελομένην δὲ τῷ εὐώδει ὕδατι διανίζεσθαι* (*ἅλας Θ*, J, K — *ἀναποιέειν Θ* — *ἀφελουμένην δὲ Θ; ἀφαιρεομένην* sine *δὲ* C, Lt; *λουσ. . . . διαν.* om. vlg).

mlaff II 146 (VIII 322 L) *καλυψαμένην δὲ καθίζεσθαι ἀμφὶ τὴν φιάλην* (*Θ; καλυψαμένην* etiam C, D, F, G, H, I, J, K; *-νη* vlg, Lt — *καθέζεσθαι* C, D, F, G, H, I, J, K, Lt; *καθέζεται* vlg).

mlaff I 13 (VIII 52 L) *ἢν δὲ τὸ στόμα πιμελῶδες ᾖ καὶ πάχετον καὶ μὴ κυΐσκηται* (*Θ; καὶ διὰ τοῦτο μὴ* vlg, Lt), *νᾶπυ ἑφθὸν ἐσθίειν νῆστιν καὶ ἄκρητον ἐπιπίνειν. νῆστιν* cum inf. tertiae etiam mlaff II 127 (VIII 274, 6 L) et strl 234 (VIII 448, 22 L).

Infinitivum autem cum nominativo coniunctum legimus exempli causa

vctr 5 (II 250 K) *ἐμβολαί· αὐτὸς μὲν τὴν πυγμὴν ὑπὸ μασχάλην ὑποθεὶς τὴν κεφαλὴν ἀνωθεῖν, τὴν δὲ χεῖρα ἐπιπαράγειν ἐπὶ τὸ στῆθος.* (Hoc loco nos imperatum tert. pers. habere concludendum est ex artcl cp. 2).

---

[1]) Etsi haec substantiva neutrius generis sunt, tamen cetera exempla ante oculos habens accusative dicta esse puto.

[2]) De verbo *σῖτος* cf. H. Diels, Hippocratische Forschungen, Hermes 45 [1910] p. 129, adn. 1.

strl 222 (VIII 430 L) *κείνη δὲ ἐξελοῦσα τὸ βύσμα ἐς τὴν μήτρην ἐνθέσθαι· αὐτὴ δὲ εἰδήσει . . .*

di II 66 (VI 586 L) *ἐξεμείτω καὶ ἀναστὰς ὀλίγον καθεύδειν.* (De varia lectione cf. p. 29.)

m II 73 (VII 112 L) *ἢν δὲ λαγνεύῃ, νῆστις πυριᾶσθαι· καὶ τοῦ ἡλίου ἀπέχεσθαι.*

m III 11 (VII 132 L) *πίνειν ὁλκῆς τριώβολον νῆστις καὶ πάλιν ἐς κοίτην τὸ μελίκρητον τοῦτο.*

mlnt 8 (VII 322 L) *παύσασθαι δὲ προσθεμένη τῇ προτέρῃ τῶν ἐπιμηνίων* (*Θ*, Lt; *δὲ προσθεμένην* C; *δὲ τοῦ προσθετεῖν* [*προστιθέναι* J, *προσθετοῦ* D] vlg).

mlaff I 77 (VIII 172 L) *ἢ καὶ ἀδίαντον τρίβειν ἐλαίῳ καὶ διεῖσα πίνειν ἐν οἴνῳ ἀκρήτῳ* (*Θ*, Lt; *ἀδ. τρίψας, ἐν ἐλ. διεὶς ἀλείφειν ἐν* vlg).

mlaff I 84 (VIII 208 L) *ὅσαι δὲ βάλανον προστίθενται, ἐμπήξαντα χρὴ τὸ πτερὸν ἐς τὴν βάλανον, ἔπειτα ῥάκος περιθεῖναι λεπτὸν ἐν εἰρίῳ, βάψασα ἐς ἄλειφα αἰγύπτιον προστίθεσθαι·* (*βάψασαν* J; *ἐς Θ*, om. vlg).

mlaff II 162 (VIII 340 L) *μετὰ δὲ τοῦτο ἀμφιελίξασα εἴριον μαλθακόν, στρογγύλον δὲ ποιέειν καὶ ἐμβάπτειν ἐς νέτωπον καὶ προστίθεσθαι μίην ἡμέρην.*

mlaff II 173 (VIII 354 L) *καὶ ὅταν . . . θύωσι, σάρκα βοὸς . . . χρίσασα λεῖα, τὴν σάρκα ἐς τὸ αἰδοῖον ἐντιθέναι* (*Θ*; *θύωσιν* [*φυσωσιν* vlg] *οὕτω θεραπεύειν· σαρκ.* [*οὕτ. θ.* om. C] vlg, Lt; *τρίψαι* pro *χρισ.* vlg).

mlaff II 185 (VIII 366 L) *καὶ ἀναγαργαρίζεσθαι νῆστις καὶ μετὰ τὴν τροφήν·* (*Θ*, C; *νῆστιν* vlg, Lt).

strl 219 (VIII 424 L) *τὸ ὀθόνιον ὑποθεῖσα πρῶτον, ἔπειτα ἀναπαύεσθαι προσθεμένη χαλβάνην πρὸς τὸ στόμαχον, θερμήνασα . . .· ἔπειτα πρωῒ ἀπολύσασα . . ., ὀσφραίνεσθαι παρασχέτω τινὶ ἑωυτῆς τὴν κεφαλὴν . . .*

strl 230 (VIII 442 L) *προσχεαμένη δὲ καὶ καθαρὴν ἑαυτὴν ποιήσασα ὅτι μάλιστα προσθέσθαι αὐτὸ τὸ στόμα, ῥάκος ὑποβαλλομένη ὑπὸ τὰ ἰσχία, καὶ τὴν νύκτα προσκείσθω.*

Tot exempla affero, ut suum quisque iudicium in hac non facili quaestione facere possit et reputare secum, quae via ingredienda sit. Omnibus locis collatis equidem puto, nisi quid momenti tribuimus numero — infinitivus cum accusativo paulo saepius inveniri videtur quam nominativus — ita argumentandum esse. Infinitivus tertiae personae cum accusativo subiecti coniunctus compluribus quos supra commemoravi locis et aliis ab omnibus codicibus consentientibus confirmatus est. Infinitivus autem cum nominativo nusquam fere legitur nisi ubi adiectivum *νῆστις* vel participium praedicativum usurpatur, qua in re aliis locis saepius optimis manuscriptis accusativus restituendus est. Praeterea mentione dignum est omnibus fere locis — talia enim exempla qualia in vctr 5 (cf. p. 30) rarissime inveniuntur; plura

eius generis non habeo[1]) — participium femininum nos legere, ubi in una littera *ν* omnia vertuntur. Addiderit quis nonnulla imperata velut mlaff II 173 (VIII 354 L) *σάρκα βοὸς . . . χρίσασα λεῖα, τὴν σάρκα ἐς τὸ αἰδοῖον ἐντιθέναι* non tertiae sed alterius personae esse infinitivos, id quod mihi verisimile non videtur. Neque vero illud fortasse neglegendum est in eis praeceptis infinitivum tertiae saepe cum imperativo certare in codicibus velut

di III 70 (VI 608 L) *εἶτα ἐξαναστὰς* (*Θ*; *ἀναστὰς* vlg) *περιπατησάτω ἐν ἀλέῃ ὀλίγα. τῇ δὲ ὑστεραίῃ τοῖσι μὲν περιπάτοισιν αὐτοῖσι χρησάσθω* (*Θ*; *αὐτοῖσι* om. vlg; *χρέεσθαι* vlg, Lt).

affint 1 (VII 168 L) *καὶ περιπάτους ὀλίγους τὸ πρῶτον ποιείσθω* (*Θ*; *ποιέεσθαι* vlg, Lt).

affint 1 (VII 170 L) *ταῦτα ἐν γάλακτι αἰγείῳ ἑψήσας ὡς ὑγρότατα ῥυφείτω* (*ῥυφίτῳ Θ*, cf. X, p. LXXVIII L; *ῥυφέειν* G, *ῥοφέειν* vlg, Lt).

mlnt 5 (VII 318 L) *σιτίων μὲν ἀπεχέσθω, ποτῷ δὲ ὡς ἐλαχίστῳ χρῆσθαι, μέχρις ἂν . . .* (*Θ*, C; *χρήσθω* vlg, Lt).

Accedit, quod post Homerum, ut Kluge p. 17 evicit, (id est in Hesiodo, Oraculis, Herodoto) semper accusativum subiecti scriptum videmus. Itaque cum haec ita sint, ego quidem censeo apud Graecos infinitivum tertiae personae initio sive *φύσει* sive *νόμῳ* cum accusativo coniunctum fuisse.

Sed quamvis parvum momentum multis infinitivis cum nominativo tertiae personae tribuendum sit, tamen est cogitandum nos et in strl 219 (VIII 424 L) *ἀναπαύεσθαι προσθεμένη* legere et in eius summario mlnt 8 (VII 322 L) *παύσασθαι δὲ προσθεμένη*[2]) atque in Iliade *Z* 86 sqq. nominativum usurpatum esse:

---

[1]) Alia sunt dubia velut m II 13 (VII 24 L) *χριέσθω δὲ τὴν κεφαλὴν δαφνίδας τρίψας καὶ κηκῖδας καὶ . . . δάφνινον ἔλαιον· ταῦτα μίξας χρίειν.* Hoc loco diiudicari non potest, utrum tertiae an alterius personae sit infinitivus *μίξας χρίειν.* Pleraque autem eiusmodi exempla aliam rationem dicendi habent velut m III 16 (VII 150 L) . . . *ὕσσωπον . . . ἀναζέσας ἐπιρροφεῖν. τοῦτο καὶ τοῖσι ῥέγχουσι διδόναι . . . εἰ δὲ ἰσχυρότερον βούλοιο ποιέειν, . . . ἀναζέσας καὶ διηθήσας ἐπιρροφεῖν χλιαρὸν δίδου* (*διδ. χλ.* E), ubi ex praeceptis quae antecedunt vel sequuntur verbum *δίδου* animo supplendum esse dici potest (qua de re confer quaeso quae dissertatione mea exeunte amplius explicabo).

[2]) Ab altera parte spf 42 (VIII 508 L), quae est alia epitome, (*ὅταν γυνὴ κύουσα προσρέηται, ὀνίδα ξηρὴν καὶ μίλτον καὶ ὄστρακον σηπίης τρίψασα λεῖα, ἐν ῥάκει ἀποδήσασα* [*ἀπ.* om. C] *προστιθέναι*) corrigendum esse nobis videtur inspicientibus strl 245 (VIII 245 L), ubi *τρίψας* et *ἀποδήσας* traditum est. Tunc autem imperatum alterius personae habemus.

Ἕκτορ, ἀτὰρ σὺ πόλινδε μετέρχεο, εἰπὲ δ' ἔπειτα
μητέρι σῇ καὶ ἐμῇ· ἣ δὲ ξυνάγουσα γεραιὰς
νηὸν Ἀθηναίης γλαυκώπιδος ἐν πόλι ἄκρῃ
οἴξασα κληῖδι θύρας ἱεροῖο δόμοιο,
πέπλον, ὅ οἱ δοκέει χαριέστατος ἠδὲ μέγιστος
εἶναι ἐνὶ μεγάρῳ καί οἱ πολὺ φίλτατος αὐτῇ,
θεῖναι Ἀθηναίης ἐπὶ γούνασι ἠυκόμοιο
καί οἱ ὑποσχέσθαι δύο καὶ δέκα βοῦς . . .

Namque etiamsi Klugium sequimur, qui versus 269—278, ubi infinitivus cum nominativo tertiae non legitur, primarios esse putat atque genuinos, restat, ut explicare conemur, quomodo ille interpolator infinitivum cum nominativo adhibere potuerit. An tam neglegentem fuisse eum putandum est, ut hanc difficultatem omnino non sentiret?

Dixerit quispiam: omnibus quae supra de infinitivo alterius et tertiae personae dixisti concessis quomodo infinitivus cum accusativo alterius et infinitivus cum nominativo tertiae explicari vel intellegi possunt? Hoc argumentum quamvis primo aspectu difficile esse videatur effugere, tamen haec quoque intellegimus quaestione instituta quomodo quaque aetate infinitivus et imperativus sint usurpati. Hac enim disputatione nixus rem ita se habere puto. Imperata apud Graecos ab initio et imperativo et infinitivo expressa sunt. Nam modum imperandi iam in illa lingua, ex qua ortae sunt linguae Indorum, Graecorum, Italorum, aliorum, pariter exstitisse atque infinitivum pro imperativo usurpatum constat.[1]) Itaque non ut Kluge 'initio infinitivum finibus istis non coercitum ab imperativo omnino non diversum fuisse' (p. 14) credo, sed mea quidem sententia Graeci imperativo magis et melius initio utebantur, si ad unum hominem unamque condicionem imperata pertinebant, infinitivo autem, si non ad unum pertinebant, sed ad omnes homines, qui in eadem condicione vel essent vel futuri essent, velut in praeceptis,[2])

---

[1]) cf. J. Jolly, Gesch. des Inf., Muenchen 1873, p. 215; R. Thurneysen, Der indogerm. imperativ, Ztschrft. f. vergl. Sprachfrschg. XXVII [1885], p. 172 sqq.; B. Delbrück, Grundriß zur griech. Syntax in Syntaktische Forschg. IV, Halle 1879, p. 119 sqq.; K. Brugmann, Kurze vergl. Grammatik d. indogr. Sprachen, Straßburg 1904, p. 579, 603, 604.

[2]) In eandem rationem dicendi infinitivus in lingua Germanica interdum

legibus, libris technicis, sententiis et universis et iteratis, ita ut infinitivus cum nominativo coniunctus alteri, cum accusativo coniunctus tertiae personae adiungeretur. Imperativum autem omnino non semel pro infinitivo quendam usurpavisse aut vice versa non dico, sed tantum ex omnibus exemplis concludere possumus infinitivum magis in universum, imperativum in unum hominem quadravisse. Cum autem velut in praeceptis infinitivo absoluto imperata et alterius et tertiae personae exprimerentur,[1]) magis magisque perspicuitatis causa imperativus tertiae infinitivo tertiae successisse videtur. Atque infinitivum tertiae personae prius deletum esse inde concludo, quod in Corpore et in aliis scriptis infinitivum quamvis data occasione multo rarius scriptum videmus quam imperativum. Adde quod in Corpore sunt libri, in quibus infinitivus alterius et imperativus tertiae tantum legantur velut in frct,[2]) artcl, prsg II. Qua ex re quamquam nobis non de aetate eorum scriptorum coniectura facienda est, tamen illam rationem dicendi ex ea quam supra commemoravi condicione manavisse putaverim. Quod autem ad Corporis Hippocratei tempus attinet, non solum eius libri sed etiam omnia monumenta antiquioris aetatis conscripta sunt eis temporibus, quibus imperativus cum infinitivo certabat. Atque in hac pugna, ut ita dicam, imperativus infinitivum aetate Platonis devicisse videtur; nam Kluge p. 19 constituit haec: 'Herodotus ... saepius infinitivum adhibet. ... In Thucydide perpauca exempla sunt. ... Posteriorum scriptorum Plato nonnunquam infinitivum imperativum adhibuisse videtur'. Sed sicut in proelio is qui vincit hostem non uno momento temporis locis omnibus superat, sed antea fundit et perturbat, ita infinitivum permultis locis etiam recte ut ita dicam et rite usurpatum legimus, aliis iam imperativo depulsum, aliis denique deformitate quadam corruptum

---

spectare videtur velut Nicht stehen bleiben, Rechts gehen, Schritt fahren, Signal geben, Achtung! Oberleitung, Nicht aufstehen; cf. in lingua Francogallica 'ne pas fumer', 'ne pas confondre avec'.

[1]) Infinitivus χρῆσθαι etiam in Corpore cum alterius tum tertiae imperatum significare potest.

[2]) In capite 13 (II 68 K) verba τὸν δέ τινα . . . ἀπωθεῖν dubia sunt, quia Galenus ea non in omnibus manuscriptis invenit (cf. adn. p. 68 K).

ita ut infinitivus alterius cum accusativo, tertiae cum nominativo coniungeretur. Quem depravatum dicendi morem aetate posteriorem esse quam alterum vel inde apparet, quod nonnulli loci eiusmodi additamenta videntur esse, id quod supra commemoravi in Homero, Hesiodo, artcl. Quodsi in libro artcl recte iudicavi, bene accidit, quod in vctr quoque, qui liber cum ex artcl excerptus sit posterius conscriptus est, accusativus alterius personae usurpatur.[1])

Sed infinitivum etiam quarto saeculo ineunte a populo adhibitum viguisse neque solum apud medicos usurpatum W. Schulze me docuit, cum me commonefaceret de duabus antiquissimis epistulis, quas paucis annis ante W. Croenert edidit. In altera enim haec: *φέρειν ⟨ε⟩ἰς τὸν κέραμον τὸγ χυτρικόν, ἀποδοῦναι Ναυσίᾳ ἢ Θρασυκλ(ε)ῖ . . .*,[2]) quam rationem dicendi cum medicorum illius aetatis optime congruere apparet. Cum autem

---

[1]) Accusativum invenimus etiam in mdoff (cpp. 4, 12, 24, 25), quem librum quondam cum vctr cohaesisse ex eo concludere possumus, quod codices B et V libro mdoff exeunte habent haec: *ὀστέων φύσις· δακτύλων μὲν ἁπλᾶ καὶ ὀστέα καὶ ἄρθρα*, quibus verbis liber vctr incipit, qui in V omnino non est traditus, ex codice B exeunte cum aliis evulsus esse videtur. Eos autem custodes ut ita dicam non sine aliquo momento esse iam Ilbergius docuit cf. O. Villaret, l. c. p. 86). Velut talibus custodibus in eodem Vaticano V libri gnt et ntpr atque in Parisino A mp I et III coniunguntur, quamquam in illis manuscriptis alter alterum non sequitur! mdoff autem non ab auctore librorum frct et artcl scriptum esse, ut nonnulli putant, vel inde cognoscitur, quod pariter accusativum alterius habet ac vctr. Altera ex parte eum in quibusdam rebus cum frct et artcl consentire concedendum est. Itaque equidem concludo: mdoff proinde ac vctr — non dico ab eodem homine, id quod accuratius perscrutandum est — exscriptus est ex praeclari illius chirurgi tractatione genuina, quam mala fortuna perisse vehementer dolemus. Tum autem apparet artcl 9 (II 125 K) *ἀλλὰ διορίεῖται περὶ ἀνατρίψιος ἐν ἄλλῳ λόγῳ* referendum esse ad mdoff 17 (II 41 K) *ἀνάτριψις δύναται λῦσαι, δῆσαι, σαρκῶσαι, μινυθῆσαι· ἡ σκληρὴ δῆσαι, ἡ μαλακὴ λῦσαι, ἡ πολλὴ μινυθῆσαι, ἡ μετρίη παχῦναι.* Quodsi Fuchs (l. c. ad artcl cp. 9) illos locos inter se cohaerere negat, quia in mdoff brevius agitur de ea re, cogitandum est in libro genuino scriptorem multo amplius scripsisse verisimile esse, praesertim cum ante oculos habeamus, quam breviter disseruerit ille excerptor libri vctr in cp. 25 (II 259, 14—260, 5 K) de femine reponendo, de quo agitur in artcl 70—78 (II 224, 18—239, 6 K).

[2]) cf. Rhein. Museum 65 [1910] p. 157.

posterioribus temporibus infinitivum in epistulis non iam inveniamus, apud posteriores medicos interdum legimus. Neque nominativus alterius personae deest velut apud Alexandrum Trallianum I 343 Puschmann: *περὶ τῶν ἐπιφλέγματι λειποθυμούντων· φλέγματος δὲ πολλοῦ ψυχροῦ κατὰ τὸ στόμα τῆς γαστρὸς ἠθροισμένου καταντλεῖν μὲν ἐπὶ πλεῖστον ἐλαίῳ συνεψῶν ἀψινθίου κόμην* (*συνεψῶν* 2201, 2202, L, M, C; *συνεψοῦντα* vlg, Puschm). Sed Alexander libros Hippocrateos perscrutatus praeclarum illum medicum saepe attulit, neque dubium est, quin medici posteriores hunc morem imperandi quasi hereditate quadam acceptum nonnunquam adhibuerint. Similiter res se habet apud Latinos. Namque cum Vitruvius in Architectura nescio an infinitivum imperativum non adhibuerit, is qui librum sptm in linguam Latinam traduxit, textu Graeco profecto commotus infinitivo cum nominativo alterius personae saepius utebatur, quamquam sine dubio multo post illum fuit. Exempli gratia affero

sptm 30 (IX 452 L) febres quartanas oportet purgari sic: primum quidem sternutare facere frequenter, et crura usque ad femora media et manus usque ad umeros perunguens multo et calido aliquo, et defricare manibus.

sptm 37 (IX 457 L) undique enim oportet ... facere cum umore; sternutum facere et initians et medians et consumans curam ut exhalet calidum de visceribus. Cf. sptm 31 (IX 453/4 L).

Iam vero ut redeat, unde profecta est disputatio: his omnibus sic constitutis si quis ex nobis quaerat, qui sit in omnibus Corporis libris usus — nam eum qui legit haec, non fugerit me semper fere ex nonnullis quibusdam exempla contulisse — ita res se habet. Omnes libros hac ratione imperandi in sex partes dividere possumus:

I. inf. II. prs. (inf. III. prs.).

mp I, mp VI, hmb, hmus (inf. II. prs., adjvb, *δεῖ* saepius; *χρή* rarissime). cpvln (*χρή* multo saepius quam *δεῖ* et *ἀνάγκη*). prsg I (nisi inf. unum cp. 71 [V 528 L] nihil inveni). mp V, mp VII (in mp VII nonnull. inf. III. prs.; *χρή* rarissime). aal (inf. c. nom. cp. 24 [I 71 K] libri exeuntis; *ἀνάγκη* multo saepius quam *χρή* et *δεῖ*). m I (inf. nisi in cap. 10 non legi; *δεῖ* et *ἀνάγκη* multo saepius quam *χρή*).

II. inf. II. prs. (inf. III. prs.) — impr. III. prs.

frct, artcl (adjvb saepius; *χρή* multo saepius quam *δεῖ* et *ἀνάγκη*). mdoff; vctr (etiam nonn. inf. III. prs.). prsg II (*χρή* multo saepius quam *ἀνάγκη*, *ἀνάγκη* saepius quam *δεῖ*). prcpt (adjvb et *δεῖ* saepius). diact (adjvb, *χρή*, *δεῖ* multo saepius quam inf. II. prs. et impr. III. prs.). mp II (*χρή* deesse videtur; adjvb, *δεῖ*, *ἀνάγκη* saepius). vis (*χρή* saepius). incertum, utrum prgn et disl necne, cum inf. II. prs. etiam ex verbo necessitatis pendere possint [cf. prgn 17 (I 96, 15 K) et disl 4 (= nth 19; p. 46, 7 V)].

III. inf. II. prs. et III. prs. — impr. II. prs. et III. prs.

mlaff I, mlaff II, strl, dactspr, m III (*χρή* plerumque saepius quam *δεῖ*, *δεῖ* saepius quam *ἀνάγκη*). affint, mlnt, m II (*δεῖ* et *ἀνάγκη* rarissime). aff, spf (*ἀνάγκη* rarissime). di I—IV (inf. rarius quam in cett. libr.; adjvb saepius; saepissime *χρή*, quo rarius *δεῖ* et *ἀνάγκη*). In omnibus libris infinitivus II. prs. superat numero imperativum II. prs. diactsp excepto et imperativus III. prs. infinitivum III. prs.

IV. inf. II. prs. — impr. II. prs. et III. prs.

Coprsg, vln, haem, fistl, exft (inf. saepius quam impr. II. prs.; *χρή* saepius quam *δεῖ* et *ἀνάγκη*). linh, dcornt (*χρή* saepius quam *δεῖ*).

V. impr. II. prs. et III. prs.

crn (nihil legi nisi impr. III. prs. cp. 19 [VIII 614, 11 L] semel et *δέῃ* cp. 18 [VIII 608 L] semel). prmd, mdc, jdc (perpauc. impr.; adjvb in mdc saepius). crd (impr. III. prs. semel, et *χρή*).

VI. adjvb — *χρή* — *δεῖ* — *ἀνάγκη*.

mp III, mp IV (in mp III *δεῖ* bis, mp VI adjvb semel). Similiter jsjr, lx; mscr, arte (*δεῖ* saepius), nth (*χρή* et *ἀνάγκη* saepius), flt; gnt, ntpr (*δεῖ* saepius), m IV; sptprt, octprt, dnt, dbjd.

Postremo commemorandum est in vrgm, ant, gld, almt imperata omnino non inveniri, in sptm dubium non esse, quin infinitivus cum nominativo II. prs., quod supra demonstravimus, χρή, ἀνάγκη saepius usurpata sint. aph autem et ossnt, quos libros ex aliis exscriptos esse constat, non attuli.

His tabulis qui libri sint priores aetate, qui posteriores, demonstrare in animo non habui,[1]) sed supervacaneum non esse puto certius definitum videre, quatenus inter se distent tot libri unius Corporis. Neque sine aliquo usu haec collectanea fore spero. Namque etiamsi de tempore librorum coniecturam facere non debemus, tamen opusculis alterius et tertiae tabulae peculiaris quaedam ratio imperandi inest atque libri alterius tabulae si non ab uno homine at tamen ex una schola orti videntur esse. Confirmatur autem hoc communi omnium opinione, qui praeter alios omnes fere qui in altera tabula mihi ponendi erant libros a Cois medicis scriptos esse dicunt.[2]) Altera ex parte tertiae tabulae iam Haeser, alii[3]) aff, mlaff, spf libros Cnidios esse putabant et paucis annis ante Ilbergius[4]) m II, m III, affint, sptm cum schola Cnidia cohaerere demonstravit. Accedit quod librum diact quem *Κνιδίας γνώμας* oppugnare constat (cf. II 224 L), cognatione quadam cum Cois coniunctum esse ex ratione quoque imperandi cognosci potest.

Ita rem se habere etsi constabat, nihil fere homines docti praeter rationem medendi ad eam coniecturam confirmandam attulerunt. Neque sententia mea per se staret, nisi alia argumenta invenirentur, quibus complures libros unius scholae esse comprobaretur. In sequentibus igitur liceat mihi ex aliis nonnulla breviter afferre, quae commemoratu digna esse videntur.

---

[1]) mp I et mp III, ut exemplum afferam, ab uno medico scripta esse iam pridem inter omnes constat.

[2]) I 293 sqq. L; H. Kuehlewein apud R. von Grot, Ueber die in der hipp. Schriftensammlg. enthalt. pharmakolg. Kenntnisse in Kobert, Historische Stud. des pharm. Instituts Dorpat, Halle 1889 p. 62; R. Fuchs, in Neuenburger-Pagel, Handbuch d. Gesch. d. Med., Jena 1902, I 211 sqq.

[3]) Haeser, Gesch. der Medizin, Jena 1875, I p. 128; R. Fuchs, l. c. I p. 211.

[4]) Jo. Ilberg, Griech. Stud. f. Lipsius, 1894, p. 36 sqq.

Cum Cnidia schola, ut haec praemittam, coniungendi sunt etiam libri qui inscribuntur gnt, ntpr, m IV. Recte autem me ita iudicavisse concedes, cum legeris haec:

Inveniuntur *μιν* in mlaff I, mlaff II, diactspr, m III, affint, m II; m IV. (Pronomina *οἵ* et *ἅσσα* non modo in his, sed etiam in multis aliis adhibita sunt).

μελεδαίνω in mlaff I, mlaff II, strl; gld, ntpr. (aliis in scriptis non inveni nisi in prsg II).[1])

οἷα cum participio in mlaff I, strl; m IV.

νῦν δὲ ἐρέω περὶ (*ἀμφὶ*) . . . in mlaff I; m IV.

Sententia condicionalis (*ἢν* . . .) sine sententia primaria, ubi supplendum est *ἅλις*, in strl, diactspr, m III, affint, mlnt, m II; m IV.

πρὸ τοῦ in mlaff II, mlnt; ntpr. (*ἐκ τοῦ* in m II; *περὶ τοῦ* mlaff I).

χρόνου δὲ γενομένου in mlaff II; m IV. *χρόνου ἐγγενομένου* spf; ntpr. *χρόνου ἤδη ἐγγενομένου* affint.

ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον in affint; gnt, ntpr.

λάγνευμα in affint; ntpr.

ἕως cum genitivo in mlaff I, diactspr, affint, m II; ntpr, gld, (prcpt).

Numerus dualis in mlaff I, exft, crn; ntpr, gld (mp V) saepe; in mlaff II, strl, crd, di (mp VII) interdum.

Libros gnt, ntpr, m IV ab uno homine scripta esse haec quoque demonstrant:

ἱστόριον,[2]) *ἱστορέω* (= beweisen) in gnt, ntpr, m IV.

ἀναβήσομαι[3]) *δ' αὖθις* (*ὀπίσω*) (*ἀποβήσομαι*) in gnt, ntpr, m IV; gld.[4]) In aliis libris non inveni.

σικύη ut exemplum in gnt 9, m IV 35 et 54.

ἕτερον ἐξ ἑτέρου, ὑφ' ἑτέρου ἕτερον, similia in gnt, ntpr, m IV.

τῶν δὲ (*ἅτε τῶν*) *καταμηνίων μὴ χωρεόντων* in gnt, ntpr.

ἔρχεται ἔξω in ntpr, m IV, *χωρέει ἔξω* gnt.

ἐν τάχει ntpr, m IV.

λαμβάνουσι πρὸς (*ἐς*) *σφᾶς* (*αὐτὰς*) vel sing. in gnt, ntpr, m IV.

---

[1]) Alia ex parte *ἄκη, ἄκεσις, ἀκεῖσθαι* leguntur in mp VII, frct, prcpt, diact, vctr; aff.

[2]) In aliis libris occurrunt *σημήιον, τεκμήριον, μαρτύριον*. *ἱστορίη* (= Gelehrsamkeit) legi in arte et prmd, *ἵστορας* (acc. pl. = Zeugen) in jsjr.

[3]) Capite 26 ineunte (VII 526 L) mihi dubium non est quin *ἀναβήσομαι* pro *ἀναλήψομαι* legendum sit.

[4]) Librum gld cum frct et artcl coniungendum non esse iam Dilesius (l. c., Sitzungsber. d. Akad. d. Wissensch. 1910 p. 1140) censuit contra H. Schoene (Deutsche Med. Wochenschr. Nr. 10 [1910] p. 466) atque cum his tum illis quas brevi ante commemoravi observationibus confirmatur.

Alii autem libri Cnidiorum inter se congruunt cum aliis tum his:

ἡ ἄνθρωπος in mlaff I, mlaff II; vgm.
σφοδρῶς in mlaff I, mlaff II, diactspr.
παῦροι in mlaff I, mlaff II, affint, gld.
ἴτω παρὰ (πρὸς) τὸν ἄνδρα in mlaff I, mlaff II, strl, mlnt, spf.
λάζομαι in mlaff I, mlaff II, m II; linh.[1])
αἴτιον τοῦ cum infinitivo in mlaff I, strl.
Tmesis in m I,[2]) m II 50 (VII 76 L) *κατ᾽ οὖν ἔκτειναν*, m II 51 (VII 78 L) *ἀπ᾽ οὖν ὤλετο*, mlnt 11 (VII 328 L) *καὶ ἐπ᾽ οὖν ἐφάνη* (ubi in mlaff II 169 [VIII 348 L] *καὶ ἐξαπίνης ἐφάνη*).

Postremo autem singularia quaedam proferre licet, quae vel ab Homero vel ab Herodoto usurpata vetustatem Cnidiorum significare videntur:

Coniunctivus III. prs. in-*ησι* velut in m II 43 (VII 60 L) *ἢν μὲν ἐξ ἄλλης νούσου λάβησι ἀκάθαρτον* (*λάβησι Θ*; *λάβῃ* vlg, Lt) et 45 (VII 64 L) *ὅταν τύχησι ῥηγματίας ὢν* (*τύχης* E, H, F, G, J, K; *τύχῃ* vlg, Lt).
Adverbium *σύν* legi in m III 11 (VII 131—2 L) *καὶ πίνειν μελίκρητον σὺν καρύων θασίων λεπισθέντων καὶ ἀψινθίου κόμης ἴσον, ἀνίσου σεσημένου ἥμισυ, πίνειν . . .*
ἦμος in mlaff I 23 (et prsg II 4).
ἴα in m IV 37 (VII 554 L) *ἀλλ᾽ ἴα ἐστὶ ἀποκάθαρσις* (*ἀλλ᾽ οἷα* vlg; *ἄλλοια* E, *ἀλλοια* K). Sed haec coniectura Littréi videtur esse, cum nullum codicem attulerit, in quo sit *ἴα*. Attamen concedendum est in *οι* et *ι* variando codicum nostrorum nullam esse fidem.

Sed de his hactenus. Adhibeat disputatio modum et redeat illuc, unde deflexit. Restant enim de imperandi modo pauca secundaria, quae ne tetigi quidem supra.

Vetita in Corpore exprimuntur et coniunctivo aoristi et imperativo et infinitivo, qui cum verbo *μή* coniuncti sunt. Coniunctivus alterius personae et tertiae non saepe adhibetur:

diactspr 14 (II 472 L) *μὴ λύσῃς*, m II 40 (VII 58 L) *μὴ δῷς*, m III 6 (VII 124 L) *μήτε . . . δῷς μήτε κλύσῃς*, affint 32 (VII 248 L) *μὴ δῷς*, mlaff II 144 (VIII 348 L) *μὴ ἀποσχάσῃς*, epst 10 (IX 322 L) *μηδὲ . . . ἀποβάλῃς*; di IV 89 (VI 648 L) *μὴ πληρωθῇ*, strl 220 (VIII 424 L) et spf 26 (VIII 490 L) *μὴ ἔλθῃ παρὰ (πρὸς) τὸν ἄνδρα*.

---

[1]) In linh legimus etiam *ὥστε* cum participio (ut apud Herod.), *λειός* (ut in mlaff II, crd), *θιγγάνειν* (ut in mlaff II, jdb).

[2]) cf. H. Kluge, qui l. c. p. 53, ubi de iteratione praesentis agit, locos libri m I affert. Ubique aoristum compositum legimus, in quem *οὖν* inseritur.

Plura autem exempla imperativi et infinitivi inveniuntur, quo in usu praesens in Corpore quoque regula esse videtur. Nam omnibus ex libris quinquaginta fere exempla notavi, aoristi nullum. Atque infinitivum non alia ratione adhiberi atque imperativum videmus, ut pauca afferam, his locis:

m II 48 (VII 74 L) *ζωμὸν δὲ μὴ ῥοφεέτω μηδὲ βάπτεσθαι.*

diactspr 12 (I 152 K) *ἤν σοι δοκέῃ φαρμακεύειν ἐπιτηδείως ἔχειν, ἔσω τριῶν ἡμερέων μὴ φαρμακεύειν* et 17 (I 155 K) *ὁπόσοισι δὲ ἐν ἀρχῇ τὰ οὖρα λεπτά, μὴ φαρμάκευε τοὺς τοιούσδε, ἀλλ' ἢν δοκῇ, κλύσαι.*

Verba *χρή, δεῖ* saepe in manuscriptis inter se permutata esse mirum non est. Compluribus in libris ita adhibentur, ut plerumque *χρή* in sententiis principalibus, *δεῖ* in secundariis, ut ita dicam, positum legamus velut in mlaff I, mlaff II. In mp VI et hmb *δεῖ* plerumque in sententiis secundariis, *χρή* omnino non usurpatur. Etiam imperfecti formae *ἐχρῆν* et *ἔδει* non nunquam inveniuntur. Atque praeter ea *χρεών, δέον, ἀναγκαῖον, ἐπιτήδειον* occurrunt. In crd 9 (IX 86 L), ut hoc in transcursu addam, pro *ἔχρῃ* scribendum est *ἐχρῆν.*

Sed ad graviora transeamus. In compluribus libris legimus structuram quandam solutam imperatorum velut

mlnt 15 (VII 334 L) . . . *ἀκάνθης τὸν καρπὸν τρίβων ἐν οἴνῳ κεκρημένῳ, ἄλφιτα ἐπιβαλὼν ποταίνια πινέτω* (fem!).

mlnt 55 (VII 396 L) . . . *καὶ λιβανωτὸν ἐν λαγωοῦ θριξὶ τῇσιν ὑπὸ τὴν γαστέρα μίξας καὶ λεῖα ποιήσας ἐν εἰρίῳ ὡς μαλθακωτάτῳ προστιθέσθω.*

mlnt 72 (VII 404 L) . . . *ἅπαντα ζέσας ταῦτα ὁμοῦ τε μίξας λεῖα, ποιέων βάλανον, προστιθέσθω* (*προστίθεσθαι* J).

Littré vertit, ut unum e multis afferam, mlnt 72: faites tout cuire ensemble, broyez et mettez en pessaire, ita ut putavisse videatur non mulierem aegrotam sed alium hominem *προστίθεσθαι, διακλύζεσθαι,* alia. Aliis locis obstetricem (sage-femme) haec facientem inducit, id quod confirmari videtur talibus, qualia sunt haec:

mlaff I 46 (VIII 106 L) *ἢν γυναικὶ τὸ χορίον ἐλλειφθῇ ἐν τῇ μήτρῃ* (*Θ*; *τῇσι μήτρῃσι* vlg, Lt),*τοῦτο δὲ γίνεται, ἢν ῥαγῇ βίῃ* (*βίῃ* om. *Θ*) *ὁ ὀμφαλὸς ἢ ἀμαθίῃ ὑποτάμῃ ἡ ὀμφαλητόμος τὸν ὀμφαλὸν τοῦ παιδίου πρόσθεν ἢ . . .*

mlaff I 68 (VIII 144 L) *χρὴ δὲ ἄχρι βουβώνων* (*Θ*, C; *βουβῶνος* vlg, Lt) *ἕδρην τε καὶ αἰδοῖον πυριῆν, καὶ ἐνίζεσθαι δέ, ὅταν . . ., καὶ μηδὲν ἐν νόῳ ἕτερον ἔχειν. τὴν δὲ ἰητρεύουσαν τὰ στόματα μαλθακῶς ἐξανοίγειν καὶ ἠρέμα*

τοῦτο δρᾶν, ὀμφαλὸν δὲ συνεφέλκεσθαι τῷ ἐμβρύῳ (Lt; *τὸ* [*τὸν* K] *ἔμβρυον* vlg).

crn 19 (VIII 614 L) *ἐγὼ μὲν οὖν αὐτὸς ὅπωπα καὶ συχνά· εἰ δέ τις βούλεται καὶ τοῦτο ἐλέγξαι, ῥηΐδιον· πρὸς τὰς ἀκεστρίδας, αἳ πάρεισι τῇσι τικτούσῃσιν* (Lalamantius in marg.; *τίκτουσι* vlg; *τίκτῃσι* E, P′, *τίκτισιν* Lalamantius *ἐλθὼν πυθέσθω.*

flt 1 (VI 90 L) . . . *νούσων, πόνων, λύπης, θανάτου· πᾶσι γὰρ τούτοισιν ἄντικρυς ἰητρικὴ εὑρίσκεται ἀκεστορίς* (vlg, Lt). Ubi cum codice A, qui saepius distat a ceteris, scribendum esse verisimile est: *λύπης, πόνων* et *τούτοις ἀνθέστηκεν ἰητρική* (pro *τ. ἀντ. ἰ. εὑρ. ἀκ.*).

exft 4 (VIII 514 L) *γυναῖκας δὲ δύο λαβέσθαι τοῦ σκέλεος ἑκατέρου καὶ τῆς χειρὸς ἑκατέρης ἑτέρας γυναῖκας δύο· ἔπειτα διασείειν λαβούσας ἐγκρατέως . . .*

mlnt 6 (VII 320 L) *καὶ ὁκόταν νεόλουτος ᾖ νεοπυρίητος ᾖ* (*Θ*, C; *ᾖ* post *νεόλουτος* vlg, Lt), *κελεύειν παραπάσσουσαν* (vlg; *παραφάσσους*. Foes in not., Lind, Litt) *ἀφέλκειν τὸ στόμα τῶν ὑστερέων, καὶ ὑποθυμιῆν καλωνίαν* (*Θ*, C; *καλωνίην* vlg, Lt) *σμύρναν ῥόδινον περιχέων* (*περιέχον* [D, al. manu *περιχ.*] F, G, H, K). (Littré: commandez que la sage-femme, avec le doigt, ramène . . .)

mlnt 40 (VII 384 L) *ὁκόταν δὲ νεοπυρίητος ᾖ νεόλουτος ᾖ, τὸν δάκτυλον ἐσαφάσσουσα* (*παραφάσας* C) *ἀπορθούτω καὶ παρευθυνέτω τὸ στόμα τῶν μητρέων καὶ ὑποθυμιήσθω τὰ εὐώδεα καὶ τῶν ποτημάτων δίδου* . . . (Littré: Aussitôt après la fumigation ou le bain, la sage-femme,[1]) introduisant le doigt, redressera et corrigera l'orifice des matrices. La malade recevra les fumigations aromatiques.)

Sed satis exemplorum, quae cuius momenti sint, nobis est examinandum. Vides in mlaff I 46 et 68 et carn 19 obstetrici nihil aliud nisi quod hodie quoque faciendum esse. In flt 1 autem quasi exemplum affertur atque in exft 4 medicus occasione data illarum mulierum auxilio utitur. Ut minister quidam commemoratur et in artcl et in mlaff I 68 (VIII 144 L) *αἴρειν δ' ἐξ ἑκατέρου τοῦ* (*τοῦ* om. *Θ*) *ποδὸς ἄνδρα τῇδε καὶ τῇδε.*

Nihil igitur eis exemplis nisi obstetricem etiam apud Hippocrateos fuisse probatur. Quodsi in praeceptis ipsis obstetrix vel

---

[1]) Satis mirari non possum, qua causa commotus Littréus mlaff II 141 (VIII 314 L): *ὁκόταν δὲ νεοπυρίητος ᾖ νεόλουτος ᾖ, τὸν δάκτυλον παραφάσσουσα ἀπορθούτω καὶ παρευθυνέτω τὸ στόμα τῶν μητρέων καὶ ὑποθυμιάσθω* (*ὑποθυμιήσθω* vlg, Lt) *τὰ εὐώδεα*, qui locus cum altero ad verbum fere congruit, hoc modo verterit: Aussitôt après la fumigation ou le bain, elle portera le doigt, redressera et mettra dans la direction l'orifice utérin. Cf. etiam mlaff II 134 (VIII 304, 1 L). Quoquo modo res se habet, dubium non est, quin Littréus ut medicus mulierem talia ipsam facere putaverit.

mulier medica significaretur, saepius ut scriptores eius mentionem facerent, futurum fuisse puto. Nullo autem loco sine ulla dubitatione eam medicam comprobatam aut confirmatam inveni. Neque vero aliis locis dubitari potest, quin mulier aegrota multa ipsa facere debuerit velut

mlnt 66 (VII 402 L) . . . *καὶ ἐχέτω τὴν νύκτα· ἕωθεν δὲ ἐξελομένη μυρσίνην ἐν οἴνῳ ἀφεψοῦσα τῷ οἴνῳ διακλυζέσθω τὰ αἰδοῖα* (*ἀφέψουσαν* C — *διακλύζεσθαι* C).

mlnt 74 (VII 404 L) . . . *χηνὸς ἔλαιον καὶ νέτωπον καὶ ῥητίνην συμμίσγουσα προσθέσθω εἰρίῳ ἀνασπογγίζουσα* (*ἡ γυνὴ* ante *προσθ.* add. vlg, Lt; om. *Θ*, C).

mlnt 94 (VII 412 L) . . . *τοὺς μέλανας πεσσοὺς προστιθέσθω μαλθακτήριον καὶ τῷ ἀνδρὶ ξυνευνάτω.*

mlaff I 78 (VIII 188 L) *κορίαννον σὺν τῇ ῥίζῃ καὶ νίτρον καὶ νέτωπον προσθεμένη περιπατείτω.*

mlaff II 169 (VIII 350) *καὶ πρὸ τοῦ σίτου τὴν λινόζωστιν ἑψοῦσα σὺν οἴνῳ ποσῷ ἐσθιέτω ὡς* (*τὴν* pro *ὡς Θ*) *κράμβην καὶ τὸν χυλὸν ῥυφείτω* (*Θ*; *ῥοφεέτω* vlg, Lt).

strl 222 (VIII 430 L) . . . *καὶ δοῦναι τῇ γυναικὶ αὐτῇ, ἣν μέλλεις κλύζειν· κείνη δὲ ἐξελοῦσα τὸ βύσμα ἐς τὴν μήτρην ἐνθέσθαι.*

strl 230 (VIII 442 L) *ἑκάστης ἡμέρης προσχεαμένη καὶ καθαρὴν ἑωυτὴν* (*ἑαυτὴν* H, D) *ποιήσασα ἐς τὴν κοίτην τῇ κηρωτῇ ἀλειφέτω τὴν ὑστέρην ἑκάστης ἡμέρης.*

Quae cum ita sint, eodem modo omnes loci percipiendi sunt cum mlnt 6 et 40, quae exempla supra commemoravi, tum alii velut

mlnt 9 (VII 324 L) *ἐσαλείφειν δὲ ἐς τὸ στόμα τῶν ὑστερέων στέαρ χήνειον καὶ σμύρναν καὶ ῥητίνην χλιερὴν καὶ ἐμπλασσέσθω ὡς μάλιστα.* (Littré: et on en mettra le plus possible.)

mlaff II 200 (VIII 382 L) . . ., *κριθὰς τρίψασα* (C; *τρίψας* vlg, Lt) *λείας* (*λίας Θ*; *λεῖα* vlg, Lt) *σὺν τοῖσιν ἀχύροισι καὶ ἐλάφου κέρας* (*Θ*, C; *κερ. ἐλ.* vlg, Lt) *ἐλαίῳ δεύσασα* (*Θ*; *δεύσας* vlg, Lt; *ἐλαι. δ.* om. C.) *ὑποθυμιήσθω* (*ὑποθυμιῆν* C). (Littré: orge avec sa paille, corne de cerf, piler, mouiller avec de l'huile, et donner la fumigation.)

Itaque talia legentes, qualia hoc capite ineunte commemoravi (p. 41) velut

m II 64 (VII 98 L) *ἀλλ' ἀμυγδάλια τρίβων καὶ σικύου σπέρμα πεφωσμένον* (*πεφωγμένον Θ*) *καὶ σήσαμον ἴσον ἑκάστου, σύμπαν δὲ ὅσον σκαφίδα, ἐπιχέας ὕδατος ὅσον κοτύλην αἰγιναίαν, ἄλητον ἐπιπάσσων καὶ κήριον, τοῦτο ῥυμφανέτω μετὰ τὸ πόμα.*

mlaff I 134 (VIII 302 L) *ἐγχέαι οὖρον παλαιὸν . . ., καὶ ἀμφικαθίζεσθαι περικαλύψας εἵματι τὴν γυναῖκα, ὡς μὴ παραπνέῃ.*
mlaff I 23 (VIII 62 L) *ἢ στυπτηρίην αἰγυπτίην τρίψας λείην, ἐς εἴριον ἐνδήσας, προστίθεσθαι.*

ita explicabimus, ut participia ad medicum, verbum finitum ad hominem aegrotum pertineat. Similem brevitatem dicendi invenimus in

mlaff II 157 (VIII 334 L) . . . *θυμιᾶν* (*Θ*; *πυριῆν* vlg, Lt) *τοῖσιν ἀρώμασι σιτίοισι δὲ δριμέσι καὶ θαλασσίοις καὶ κρέασιν* (*Θ*; *χρήσθω* add. post *δριμ.* vlg, Lt).
m II 64 (VII 98 L) *ἴσον ἑκάστου ξυμμίσγων, ὅσον . . . . . ., νήστει πίνειν· καὶ ῥοφανέτω* (*ῥυμφανέτω* E, G, H, I, J, K), ubi verbum *διδόναι* animo supplendum esse multis exemplis demonstrari potest. Atque in eandem rationem spectant cum alia tum haec:
m II 47 (VII 66 L) *πιπίσκειν νῆστιν τὸ σὺν τῷ ἐλελισφάκῳ καὶ ῥοφάνειν* (*ῥυμφάνειν* E, G, H, I, J, K) *ἔτνος, στέαρ συμμίσγων πλέον . . .*, ubi ex *πιπίσκειν* verbum dandi ad ea, quae sequuntur, supplendum est.

Postremo autem breviter mihi agendum est de verbo *χρή* (et *δεῖ*). Namque non modo accusativum cum infinitivo sed etiam infinitivum cum nominativo alterius personae iunctum habet. Conferas quaeso haec:

exft 5 (VIII 516 L) *ποιέειν δὲ χρὴ ὧδε· ἐπιταμὼν τὸν ὑμένα τῆς ὑστέρης κατὰ φύσιν καὶ κατὰ πλάγιον τρῖψαι ὀθονίῳ ὡς φλεγμαίνῃ.* Similiter res se habet saepe; cf. etiam mlnt 41 (VII 384, 23—386, 2 L).
aff 21 (VI 230 L) *τοῦτον χρὴ διυγραίνειν καὶ ἔξωθεν καὶ ἔσωθεν καὶ λούειν πολλῷ καὶ θερμῷ καὶ πίνειν, ὅσα . . . ὑπάγει, καὶ ὑποκλύζειν ἢν δέχηται· ἢν δὲ μὴ δέχηται τὸ κλύσμα, αὐλίσκον προσδήσας . . ., φυσήσας ἐνιέναι* (*ἔνεναι Θ*) *τὴν φῦσαν πολλήν.* Cf. linh 47 (VI 346, 10—15 L), vln 11 (VI 410, 13—17 L), m II 12 (VII 20, 9—15 L), spft 29 (VIII 494, 17—496, 1 L).
cpvln 14 (II 20 K) *δεῖ δὴ ἐπὶ τὸ ὀστέον τὸ τηκτὸν τὸ μελάντατον δεύσαντα* (*δεύσας* Pq!) *τῷ μέλανι φαρμάκῳ τῷ τηκομένῳ στεῖλαι τὸ ἕλκος ὑποτείνας ὀθόνιον ἐλαίῳ τέγξαι, εἶτα καταπλάσας τῇ μάζῃ ἐπιδῆσαι.*
vln 22 (VI 426 L) *ἑψεῖν χρὴ πρίνου ῥίζας ἁπαλάς, . . ., καταταμὼν μικρά, οἶνον λευκὸν ἐπιχέας μαλθακῷ πυρὶ καθέψειν, ἕως ἂν . . .* Cf. etiam vln 21 (II 28, 21—29, 3 et 29, 4—9 K), vln 27 (VI 430, 22—25 L), affint 20 (VII 216, 19—21 L; X p. LXIX L).

Omnibus quos attuli locis medici laxa quadam ratione verborum coniungendorum utuntur. Aut propositione, in qua *χρή* est, significatur medicum allaturum esse praecepta aut scriptor, quo modo sententiam coepisset, oblitus esse videtur

atque in aliam rationem imperandi transit. Neque de ea re miramur, praesertim cum exempli gratia Graeci saepe ex oratione obliqua in orationem directam transire soliti sint. In sequentibus autem exemplis infinitivus cum verbo *χρή* tam arte coniunctus esse videtur, ut scriptor ei nominativum participii praedicativi adicere posset, quasi pro *χρὴ διδόναι* scripsisset *δίδου*.

cpvln 20 (II 27 K) *τὸ δὲ φάρμακον χρὴ διδόναι πρὸς τὴν δύναμιν τοῦ ἀνθρώπου ὁρέων* (Kuehlew., *ὁρῶν* codd.), *ὡς ἂν ἔχῃ ἰσχύος.*

vln 16 (VI 420 L) *καὶ ἢν ξηρῷ χρῇ τῷ καρικῷ τούτῳ, χρὴ ἀφιστάναι τὸ φάρμακον ἐπιπάσσων* (Lt; *ἐπιπλάσσων* vlg).

haem 4 (VI 440 L) *ταῦτα χρὴ ἀποπλῦναι οἴνῳ αὐστηρῷ, κηκῖδας ἐναποβρέξας.*

affint 10 (VII 190 L) *τεκμαιρόμενος δὲ τὸ νόσημα ταῦτα ποιέειν δεῖ* (*χρὴ* E, H, P', Q'), *καὶ περιπάτοισι χρέεσθαι πρὸς τὰ σιτία, τεκμαιρόμενος μὴ ῥιγώῃ.*

mlaff II 192 (VIII 374 L) *κάχρυος ῥίζαν ἐν οἴνῳ πίνειν· ἢν δὲ πλέον ᾖ, τερμίντου καρπὸς τριβόμενος· χρὴ δ' ἐν οἴνῳ καὶ ὕδατι εἶναι καὶ πίνειν* (*Θ*; *διιέναι* pro *εἶναι* vlg, Lt).

Quamquam in extremo exemplo duas sententias esse dici potest (*καρπὸς τριβόμενος* et *χρὴ δ' ἐν* . . .), tamen mirum mihi videtur, quam arte ambae inter se coniunctae sint. Duobus autem locis optimos codices secuti hac difficultate liberamur:

mp II 6, 22 (V 136 L) *διδόναι δὲ πίνειν ἐλατήριον δὶς ἢ τρίς, ἢν μὴ ψιλὸς ᾖ· ἐπιδεῖν δὲ* (*Θ*; *δεῖ* pro *δὲ* vlg, Lt) *χαλκοῦ ἄνθος καύσας ἕως* (*ἔστ'* C) *ἂν* . . .

affint 52 (VII 298 L) *τοῦτον ὁκόταν οὕτως ἔχῃ, πυριᾶν καὶ ἀλείψας λιπαρῶς πρὸς τὸ πῦρ ἔκαθεν θάλπειν καὶ χλιάσματα προστιθέναι ὑπαλείψας τὸ σῶμα* (*Θ*, cf. X p. LXXVII L; *δεῖ* post *πυρ.* vlg, Lt, [H om., restit. al. manu]; *ἀλείψαντα* omnes codd., Lt).

Typis expressit Robertus Noske Bornensis.

Vita.

Natus sum Erich Otto Schulte Berolini anni MDCCCLXXXVI die XII mensis Octobris patre Augusto, matre Maria e gente Timm. Fidem confiteor catholicam. Usque ad duodecimum annum in publica schola initiis litterarum institutus ab anno MDCCCXCVIII Berolini gymnasium Friderico-Werderanum per novem annos frequentavi. Inde autumno anni MCMVII cum maturitatis testimonio dimissus, ut studiis cum aliis tum philologis operam darem, numero civium universitatis litterarum Berolinensis adscriptus sum, cuius scholis per decem semestria continua interfui. Docuerunt me viri illustrissimi, quos omnes enumerare longum est. Appellentur autem Diels, Norden, W. Schulze, Kekulé v. Stradonitz †, Vahlen †, v. Wilamowitz-Moellendorff; Delbrueck, Delitzsch, Erman, Hintze, Hirschfeld, Lehmann-Haupt, v. Martitz, Ed. Meyer, Schiemann, Hub. Schmidt, R. Schmitt; Lasson, Paulsen †, Riehl, Stumpf; Roethe, E. Schmidt †, Strack, Hecker; Muench †, v. Schmoller, Woelfflin. Ad exercitationes historicas me sodalem ordinarium benigne admiserunt et Lehmann-Haupt per duo semestria et Ed. Meyer per tria, archaeologicas epigraphicasque Preuner, Hub. Schmidt, Kekulé von Stradonitz, palaeographicas Paul M. Meyer, paedagogicas Muench. Per tria semestria fui sodalis ordinarius proseminarii philologorum inferioris, per duo superioris, postremo per duo semestria idem ordinarius sodalis seminarii regii, quod auspiciis Dilesii, Nordeni, Vahleni, Wilamowitzii florebat, quorum Hermanno Dilesio maximam gratiam debeo atque habebo.